ante deū ploremus coram dn̄o: qui fecit nos quia
ipſe eſt dn̄s deus noſter nos autē populus eius et
oues paſcue eius. Aue maria. Hodie ſi vocē eius
audieritis nolite obdurare corda veſtra: ſicut in
exacerbatione ſecundū diē tentationis in deſerto
vbi tentauerūt me patres veſtri: probauerūt et vi
derunt opera mea. Dn̄s tecū. Quadraginta an
nis proximus fui generationi huic et dixi ſemper
hi errāt corde: ipſi vero nō cognouerūt vias meas
quibus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiem
meā. Aue maria Gloria patri et filio: et ſpiritui
ſancto Sicut erat in principio et nūc ꝛ ſemper et
in ſecula ſeculorum. Amē. Dn̄s tecū. Aue maria





gratia plena dominus tecum. ¶ Hymnus.
Quem terra ponthus ethera colunt adorāt
predicāt trinam regentē machinam clau
ſtrum marie baiulat. Cui luna:ſol et omnia de
ſeruiunt per tempora perfuſa celi gratia geſtant
puelle viſcera. Beata mater munere cuius ſuper
nus artifex mundū pugillo cōtinēs ventris ſub
archa clauſus eſt. Beata celi nūcio fecunda ſan
cto ſpiritu deſiderātus gētibus cuius per aluum
fuſꝰ eſt. Maria mater gratie mater miſericordie:
tu nos ab hoſte protege et hora mortis ſuſcipe.

Gloria tibi domine qui natus es de virgine cū
patre et ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amē
aña. Benedicta tu. ¶ Pſalmus.

Domine dñs noſter: q̄ admirabile eſt nomē
tuū in vniuerſa terra. Quoniā eleuata eſt
magnificentia tua ſuper celos. Ex ore infantiū
et lactentiū perfeciſti laudē propter inimicos tuos
vt deſtruas inimicū et vltorē. Quoniā videbo
celos tuos opera digitorū tuorū: lunam et ſtellas
q̄ tu fūdaſti. Quid eſt homo ꝙ memor es eiꝰ: aut
filius hominis quoniā viſitas eū. Minuiſti eum
paulominus ab āgelis gloria et honore coronaſti
eū: et cōſtituiſti eū ſuꝑ opera manuū tuarū. Om
nia ſubieciſti ſub pedibꝰ eiꝰ oues et boues vniuer
ſas: īſuꝑ ⁊ pecora cāpi. Volucres celi ⁊ piſces ma
ris: qui ꝑambulāt ſemitas maris. Domine dñs
noſter: q̄ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa
terra. Gloria patri et filio. ¶ Pſalmus.





Vidi de mari beſtiā aſcēdē tē hñtē capi.



hēbat ī dxtā ſua vij. ſtel. ⁊ de ore eiꝰ exi bat gladius.






Celi enarrant gloꝛiam dei:et opera manuū
eius annunciat firmamētum. Dies diei
eructat verbum:et nox nocti indicat ſcientiam.
Non ſunt loquele neqꝫ ſermones: quoꝛum non
audiātur voces eoꝛū. In omnē terrā exiuit ſo-
nus eoꝛum:et in fines oꝛbis terre verba eoꝛū. In
ſole poſuit tabernaculum ſuū:et ipſe tanꝙ ſpon-
ſus pꝛocedens de thalamo ſuo. Exultauit vt gy
gas ad currendā viam:a ſūmo celo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſqꝫ ad ſummū eius: nec eſt
qui ſe abſcondat a caloꝛe eius. Lex domini īma
culata cōuertens animas: teſtimoniū dñi fidele
ſapientiā pꝛeſtans paruulis. Iuſticie dñi recte
letificātes coꝛda:pꝛeceptum domini lucidum illu-
minans oculos. Timoꝛ dñi ſanctus permanet
in ſeculum ſeculi:iudicia domini vera iuſtificata
in ſemetipſa. Deſiderabilia ſuper aurū ⁊ lapidē
pꝛecioſum multum:et dulcioꝛa ſuper mel ⁊ fauum
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea:in cuſtodien-
dis illis retributio multa. Delicta quis ītelligit
ab occultis meis munda me: et ab alienis parce
ſeruo tuo. Si mei non fuerint dominati tūc im
maculatus ero:et emundaboꝛ a delicto maximo.
Et erunt vt cōplaceant eloquia oꝛis mei:et me-
ditatio coꝛdis mei in conſpectu tuo ſemper. Dñe
adiutoꝛ meus:et redemptoꝛ meus. Gloꝛia. Ps.
Domini eſt terra et plenitudo eiꝰ oꝛbis ter-
rarum:⁊ vniuerſi qui habitāt in eo. Quia
ipſe ſuper maria fundauit eum:⁊ ſuper flumina




Vidi ſeptem cādelabꝛa aurea ⁊ ī medio



Cū vidiſſem eū cecidi āte pedes eiꝰ ⁊c





preparauit eum. Quis aſcendet in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius. Innocens manibus et mūdo corde qui non accepit in vano animam ſuā: nec iurauit in dolo proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem a domino: et miſericordiam a deo ſalutari ſuo. Hec eſt generatio querentium eum: querentium faciem dei iacob.

Attollite portas principes veſtras: et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. Quis eſt iſte rex glorie: dominus fortis ⁊ potēs dominꝰ potens in prelio. Attollite portas principes veſtras et eleuamini porte eternales: ⁊ ītroibit rex glorie. Quis eſt iſte rex glorie: dominus virtutū ipſe eſt rex glorie. Gloria. ān. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus ventris tui. ℣. Diffuſa eſt gratia ī labiis tuis. ℟. Propterea benedixit te deꝰ ineternū. Pater noſter. Et ne nos Sed libera nos. Benedictio. Jube dn̄e benedicere Alma virgo virginum intercedat pro nobis ad dominum. Amen. Lectio prima.

Sancta maria vgo virginū: mater ⁊ filia regis regū oīm: tuū nobis impende ſolatiū vt celeſtis regni p te mereamur habere premiū: et cū electis dei regnare īperpetuū. Tu autē dn̄e miſerere noſtri. Deo grās. ℟. Sācta et īmaculata vginitas quibꝰ te laudibꝰ efferā neſcio. Qr quem celi capere nō poterant tuo gremio contuliſti. ℣. Bn̄dicta tu ī mulieribꝰ et bn̄dictꝰ fructus vētris tui. Qr quem. ⁊c. Jube dn̄e benedicere. Per et vo-





Ecce ſignum ſtātē tāq̃ occiſum. ⁊c.




procidebant vigintiq̃tuor ſeniores mit tētes corōas







ce pia pro nobis virgo maria. Amē. Lectio .ii.
Sancta maria piarū piiſſima intercede pro nobis ſanctarū ſanctiſſima. Per te vgo ſumat noſtra precamina qui pro nobis ex te nat⁹ regnat ſuper ethera: vt ſua charitate noſtra deleā tur peccamina. Tu autem dn̄e miſerere noſtri. Deo gratias. ℟. Beata es virgo maria que dn̄m portaſti creatorē mūdi. Genuiſti qui te fecit et in eternū permanes virgo. ℣. Aue maria gratia plena dn̄s tecū. Genuiſti qui te fecit et in etertū permanes virgo. Jube dn̄e benedicere. Sācta dei genitrix ſit nobis auxiliatrix. amē. ¶ Lectio iii.



Sancta dei genitrix que digne meruiſti cōcipere quē totus orbis nequiuit cōprehēdere tuo pio interuentu culpas noſtras ablue: vt perennis ſedē glorie per te redēpti valeamus ſcandere vbi manes cū filio tuo ſine tempore. Tu autē.

celū receſſit ſicut liber inuolutus. ꝛc.

℟. Felix namqꝫ es ſacra virgo maria ꝛ omni laude digniſſima. Quia ex te ort⁹ eſt ſol iuſticie chriſtus de⁹ noſter. ℣. Ora pro populo interueni pro clero: intercede pro deuoto femineo ſexu: ſentiāt omnes tuū leuamen quicunqꝫ celebrant tuā commemorationem. Quia ex te ortus eſt ſol iuſticie chriſtus deus noſter. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Chriſtus deus noſter.

Canticum ſanctorū ambroſii et auguſtini.

Te deum laudamus: te dominū cōfitemur.
Te eternū patrē: omnis terra veneratur
Tibi oēs angeli: tibi celi et vniuerſe poteſtates.



vn⁹ de ſenioribus⁹ dixit mihi ne fleue.



Tibi cherubin et ſeraphī: inceſſabili voce proclamãt. Sanctus Sanctꝰ Sanctꝰ dn̄s deꝰ ſabaoth Pleni ſunt celi ⁊ terra maieſtatis glorie tue Te glorioſus apoſtolorū chorus. Te prophetarū laudabilis numerus. Te martyrū cādidatus: laudat exercitus. Te per orbē terrarū: ſancta confitetur eccleſia. Patrē immenſe maieſtatis. Venerandum tuū verū: et vnicū filium. Sanctum quoqꝫ paraclitum ſpiritū. Tu rex glorie chriſte. Tu patris ſempiternus es filius. Tu ad liberādum ſuſcepturus hominem: non horruiſti virginis vterū. Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti credētibus regna celorum. Tu ad dexteram dei ſedes in gloria patris. Iudex crederis: eſſe venturus. Te ergo queſumus famulis tuis ſubueni quos precioſo ſanguine redemiſti. Eterna fac: cum ſanctis tuis in gloria numerari. Saluum fac populum tuū dn̄e: et benedic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos: vſqꝫ in eternū. Per ſingulos dies: benedicimꝰ te. Et laudamꝰ nomē tuū in ſeculum: et in ſeculum ſeculi. Dignare dn̄e die iſto: ſine peccato nos cuſtodire. Miſerere noſtri domīe miſerere noſtri. Fiat miſericordia tua dn̄e ſup nos: queadmodū ſperauimus in te. In te domine ſperaui nō cōfundar in eternum. Verſus. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ℞. Ut digni efficiamur promiſſionibus chriſti.

¶ Ad laudes.





vidi ⁊ ecce equꝰ albꝰ et q̄ ſedebat ſup.



Exiuit alius equꝰ rufꝰ et q̄ ſedebat ſuper eum. apoca. vi.





Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorum. Amen. Pſalmus.

Dominus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem ⁊ precinxit ſe. Etenim firmauit orbem terre: qui nō commouebitur. Parata ſedes tua deus extunc a ſeculo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem ſuam. Eleuauerūt flumina fluctus ſuos: a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus. Teſtimonia tua credibilia fctā ſunt nimis: domum tuam decet ſanctitudo domine in longitudinem dierum. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nūc et ſemper: et in ſecula ſeculorū. Amen. Pſ.

Iubilate deo omnis terra: ſeruite dn̄o in leticia. Introite in cōſpectu eiꝰ: ī exultatione. Scitote quoniā dn̄s ipſe eſt deꝰ: ipſe fecit nos et nō ipſi nos. Populꝰ eiꝰ et oues paſcue eiꝰ introite portas eius in cōfeſſione: atria eiꝰ in hymnis cōfitemini illi. Laudate nomē eius quoniā ſuauis eſt dn̄s in eternū mīa eius: et vſq3 in generatione et generationē veritas eiꝰ. Gloria. Pſ.

Deus deus meꝰ: ad te de luce vigilo. Sitiuit in te aīa mea: q̄ multipliciter tibi caro mea. In terra deſerta inuia et inaquoſa ſic in ſā





Ecce equus niger ⁊ ſedēſ ſup cū habe.



Ecce equus palidꝰ ſedēti ſup eum. ⁊c.







cto apparui tibi: Vt viderē virtutem tuā et gloriā
tuam. Quoniā melior eſt miſericordia tua ſuper
vitas labia mea laudabunt te. Sic benedicam
te in vita mea: et in nomine tuo leuabo man⁹ me-
as. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima
mea: et labiis exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui ſuper ſtratum meum in ma-
tutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo ad-
heſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.
Ipſi vero inuanum queſierunt animam meam
introibunt in inferiora terre: tradentur in manus
gladii partes vulpium erunt. Rex vero letabi-
tur in deo laudabuntur omnes qui iurant in eo:
quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis:
illuminet vultum ſuū ſuper nos et miſe-
reatur noſtri. Ut cognoſcamus in terra viam
tuā in omnibus gentibus ſalutare tuū. Confi-
teantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi
omnes. Letentur et exultent gentes quoniam
iudicas populos in equitate: et gentes in terra di
rigis. Confiteantur tibi populi deus confitean
tur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum.
Benedicat nos deus deus noſter benedicat nos
deus et metuant eum oēs fines terre. Gloria pa
tri et filio: ⁊ ſpirituiſancto. Sicut erat in princi-
pio et nūc et ſemper: ⁊ in ſecula ſeculorū. Amen.

¶ Canticum trium puerorum.



Vidi ſub altare dei animas interfectorū.



vſqȝ q̄ dn̄e ſc̄t⁹ ⁊ ver⁹ nō iudicas.





Benedicite oĩa opera domini domino: laudate et ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite angeli dñi dño: benedicite celi domino. Benedicite aque oẽs que ſuper celos ſunt domino: benedicite oẽs virtutes dñi dño. Benedicite ſol ⁊ luna dño: benedicite ſtelle celi dño. Benedicite ymber et ros dño: benedicite oĩs ſpũs dei domino. Benedicite ignis et eſtus domĩo: benedicite frigꝰ et eſtas dño. Benedicite rores et pruina domino: benedicite gelu et frigus dño. Benedicite glacies et niues dño: benedicite noctes ⁊ dies dño. Benedicite lux et tenebre dño: benedicite fulgura et nubes dño. Benedicat terra dñm: laudet ⁊ ſuperexaltet eum in ſecula. Benedicite montes et colles dño: benedicite vniuerſa germinãtia in terra domino. Benedicite fontes dño: benedicite maria et flumina domino. Benedicite cete et omnia que mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres celi domino. Benedicite omnes beſtie et pecora domino: benedicite filii hominum domino. Benedicat iſrael dominum: laudet et ſuperexaltet eum in ſecula. Benedicite ſacerdotes domini domino: benedicite ſerui domini domino. Benedicite ſpiritus et anime iuſtorum domino: benedicite ſancti et humiles corde domino. Benedicite anania azaria miſael domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicamus patrẽ et filium cum ſancto ſpiritu laudemus ⁊ ſuperexaltemus eũ in ſecula. Benedictus





Sol factꝰ eſt niger tãꝗ ſacus cilicinꝰ.



vidi ãgelũ aſcẽdẽtẽ ab ortu ſolis hñtẽ ſignũ dĩ viui.







es domine in firmamento celi: et laudabilis ⁊ glo
rioſus et ſuperexaltatus in ſecula. Amen. Ps.
Laudate dominū de celis: laudate eū in ex
celſis. Laudate eum omnes angeli eius
laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eū
ſol et luna: laudate eum omnes ſtelle et lumen.
Laudate eum celi celorum: et aque que ſuper ce
los ſunt laudēt nomē domini. Quia ipſe dixit
et facta ſunt: ipſe mandauit et creata ſunt. Sta
tuit ea ineternum et ī ſeculū ſeculi: preceptum po-
ſuit et non preteribit. Laudate dominum de ter
ra dracones et omnes abyſſi. Ignis grādo nix
glacies ſpiritus procellarum: que faciunt verbum
eius. Montes et omnes colles: ligna fructifera
et omnes cedri. Beſtie et vniuerſa pecora: ſer-
pentes et volucres pennate. Reges terre ⁊ om
nes populi: principes et omnes iudices terre.
Iuuenes et virgines ſenes cum iunioribus lau
dent nomen domini: quia exaltatum eſt nomen
eius ſolius. Confeſſio eius ſuper celum et ter-
ram: ⁊ exaltauit cornu populi ſui. Hymnus om
nibus ſanctis eius: filiis iſrael populo appropin-
quanti ſibi.
Cantate domino canticum nouum: laus
eius in eccleſia ſanctorū. Letetur iſrael
in eo qui fecit eum: ⁊ filie ſyon exultēt ī rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano et
pſalterio pſallant ei. Quia beneplacitum eſt do
mino in populo ſuo: et exaltauit manſuetos in



Vidi.iiij. an
gelos ſtātes
ſup.iiij.āgu.



Nolite noce
re terre neq;
mari neq; ar
boribus.





ſalutem. Exultabūt ſancti in gloria: letabūtur in cubilibus ſuis. Exultationes dei in gutture eorum: et gladii ancipites in manibus eorū. Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis. Ad alligandos reges eorū in cōpedibus et nobiles eorum in manicis ferreis Ut faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hec eſt omnibus ſanctis eius.



Laudate dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tube: laudate eum ī pſalterio et cythara. Laudate eū in tympano et choro: laudate eum in cordis et organo. Laudate eū in cymbalis beneſonantibus: laudate eū in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorū. Amē. Antiphona. O admirabile cōmercium creator generis humani animatum corpus ſumēs de virgine naſci dignatus eſt: et procedēs homo ſine ſemine largitus eſt nobis ſuā deitatē.



Vidi .vij. angelos ſtātes i ꝯſpectu di.



Capitulum.

In omnibus requiem queſiuit et in hereditate domini morabor tūc precepit et dixit michi creator omnium et qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Deo gratias.

Hymnus.





Facta ē grādo ignis mixta sāguie et tertia ps et c.




O Glorioſa domina excelſa ſupra ſydera qui te creauit prouide lactaſti ſacro vbere. Quod eua triſtis abſtulit tu reddis almo germine intrent vt aſtra flebiles celi feneſtra facta es. Tu regis alti ianua et porta lucis fulgida: vitã datam per virginem gentes redempte plaudite. Maria mater gratie mater miſericordie tu nos ab hoſte protege in hora mortis ſuſcipe. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen. Verſus. Elegit eam deus et preelegit eam. ℟ Et habitare eam facit in tabernaculo ſuo. Antiphona. O glorioſa dei genitrix.



q̄rt⁹ ãgel⁹ tuba cecinit ⁊ pcuſſa eſt. ⁊c.

Canticum zacharie.

Benedictus dñs de⁹ iſrael: quia viſitauit et fecit redemptionem plebis ſue. Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo dauid pueri ſui. Sicut locut⁹ eſt per os ſanctorum: qui a ſeculo ſunt prophetarum eius. Salutē ex inimicis noſtris: et de manu omnium qui oderūt nos. Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: et memorari teſtamenti ſui ſancti. Iuſiurandum quod iurauit ad abraham patrē noſtrū: daturum ſe nobis. Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi. In ſanctitate et iuſticia coram ipſo: omnibus diebus noſtris. Et tu puer propheta altiſſimi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius: in remiſſio-



ſcd̃s ãgel⁹ tuba cecinit ⁊ tertia ps nauiũ iterijt ap. viij



nem peccatorum eorum. Per viſcera miſericor-
die dei noſtri: in quibus viſitauit nos oriens ex al
to. Illuminare his qui in tenebris et in vmbra
mortis ſedent: ad dirigendos pedes noſtros in viã
pacis. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in
ſecula ſeculorum. Amen. Antiphona. O glorioſa
dei genitrix virgo ſemper maria que dominum
omnium meruiſti portare et regem angelorum ſo-
la virgo lactare noſtri queſumus pia memorare ꝗ
pro nobis chriſtum deprecare vt tuis fulti patro-
cinijs ad celeſtia regna mereamur peruenire.
Domine exaudi orationem meam. Et clamor
meus ad te veniat. Oremus.
Concede nos famulos tuos queſumus do
mine deus perpetua mentis ꝗ corporis ſa
lute gaudere: et glorioſa beate marie ſemper vir-
ginis interceſſione a preſenti liberari triſticia: et
eterna perfrui leticia. Per dominum noſtrum ie-
ſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et
regnat in vnitate ſpiritusſancti deus. Per omnia
ſecula ſeculorum. Amen.

Ad matutinas de cruce.





Vidi eq̃s ĩ vi
ſionē ⁊ ſeden
tes ſup. ⁊c.



ſoluti ſũt q̃-
tuor ãgeli vt
occiderēt ⁊c







Domine labia mea aperies. Et os meum annunciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandũ me feſtina. Gloria patri ꝛ filio. Sicut erat in principio. ¶ Hymnus.



Patris ſapientia veritas diuina. Deus homo captus eſt hora matutina. A ſuis diſcipulis cito derelictus. A iudeis traditus venditus afflictus. an̄. Adoramus te chriſte et benedicimus tibi quia ꝑ ſanctam crucem tuã redemiſti mundum. ℣ſus. Qui pro nobis paſſus es. ℞. Domine miſerere nobis. ¶ Oremus.

Domine ieſu chriſte fili dei viui pone paſſionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam nunc et in hora mortis mee: et largiri digneris viuis miſericordiã et gratiam defunctis requiem et veniam: eccleſie tue pacẽ et verã concordiam: et nobis peccatoribꝰ vitam et leticiam ſempiternã. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorũ. Amen.

¶ Ad matutinas de ſancto ſpiritu.



aptũ ẽ tẽplũ dei ĩ celo ꝛ viſa eſt archa.



Signa q̃ locuta ſũt. vij. tonitrua ꝛ noli ea ſcribere







Domine labia mea aperies. Et os meũ annunciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri et filio. Sicut erat in principio. Hymnus.

Nobis ſancti ſpiritus gratia ſit data. De qua virgo virginũ fuit obumbrata. Cũ per ſanctum angelum fuit ſalutata. Verbum caro factum eſt virgo fecundata. añ. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. ℣. Emitte ſpiritum tuũ et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre.

¶ Oremus.

Omnipotens ſempiterne deus da nobis illam ſancti ſpiritus gratiam quam diſcipulis tuis in die ſancto penthecoſtes tranſmiſiſti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum Amen.

¶ Ad primam.





Vidi ãgelũ hñtẽ librũ apertũ. ꝛc.



vade accipe li. de manu ſtãtis.









D Eus in adiutorium meū intende. Dñe
ad adiuuandū me feſtina. Gloria patri
et filio. Sicut erat. ¶ Hymnus.
Veni creator ſpiritus mentes tuorū viſita:
Imple ſuperna gratia que tu creaſti pectora
Memento ſalutis auctor ꝙ noſtri quondā cor-
poris ex illibata virgine naſcendo formam ſum-
pſeris. Maria mater gratie mater miſericordie:
tu nos ab hoſte protege et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi dñe: qui natus es de virgine cū pa-
tre et ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen.
aña. O admirabile. ¶ Pſalmus.
Beatus vir qui non abiit in conſilio im-
piorū et in via peccatorū non ſtetit: ⁊ ī ca-
thedra peſtilētie non ſedit. Sed in lege domini
voluntas eius: et in lege eius meditabitur die ac
nocte. Et erit tanꝗ lignum quod plantatū eſt
ſecus decurſus aquarū: quod fructū ſuū dabit in
tempore ſuo. Et foliū eius non defluet ⁊ omnia
quecunqȝ faciet proſperabuntur. Non ſic impii
non ſic: ſed tanꝗ puluis quē proiicit ventus a fa-
cie terre. Ideo non reſurgunt impii in iudicio:
neqȝ peccatores in conſilio iuſtorū. Quoniā no
uit dominus viā iuſtorū: et iter impiorū peribit.
Gloria patri. ¶ Pſalmus.
Quare fremuerunt gentes: et populi medi
tati ſunt inania.. Aſtiterūt reges ter-
re: et principes cōuenerunt in vnū aduerſus dñm
et aduerſus chriſtū eius. Dirumpamus vincu-




Nūc facta ē ſal⁹ ⁊ v̄t⁹ ⁊ re gnū dñi no.



Rapt⁹ ē fili⁹ e⁹ ad deū et ad thronū e⁹



la eorum: et proiiciamus a nobis iugum ipſorū.
Qui habitat in celis irridebit eos: et dominus
ſubſānabit eos. Tūc loquetur ad eos in ira ſua
et in furore ſuo conturbabit eos Ego autē con=
ſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſyon montē ſanctum
eius: predicās preceptum eius. Dominus dixit
ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Po=
ſtula a me et dabo tibi gentes hereditatē tuam et
poſſeſſionē tuā terminos terre. Reges eos in vir
ga ferrea et tanq̄ vas figuli cōfringes eos. Et
nūc reges intelligite: erudimini q̄ iudicatis terrā.
Seruite dn̄o in timore: et exultate ei cū tremore
Apprehendite diſciplinā nequādo iraſcatur dn̄s
et pereatis de via iuſta. Cū exarſerit ī breui ira
eiꝰ: btī oēs qui confidunt in eo. Gloria. Ps.
Verba mea auribus p̄cipe dn̄e intellige cla
morē meum. Intēde voci orationis mee
rex meus et deus meus. Quoniam ad te orabo
domine: mane exaudies vocem meam. Mane
aſtabo tibi et videbo: quoniam nō deus volēs ini=
quitatē tu es. Neq; habitabit iuxta te malignꝰ
neq; permanebūt iniuſti ante oculos tuos. Odi=
ſti oēs q̄ operātur iniquitatē: perdes oēs q̄ loquun
tur mendaciū. Virū ſanguinū et doloſū abomi=
nabitur dn̄s: ego autē in multitudine miſericor=
die tue. Introibo in domū tuā: adorabo ad tem=
plū ſanctū tuū in timore tuo. Domine deduc me
in iuſticia tua propter inimicos meos: dirige ī con
ſpectu tuo viā meā. Quoniā non eſt in ore eorū



Mulier ami
cta ſole ⁊ lu=
na ſub pedi.



Draco teſti=
tāte mulierē
q̄piturꝫerat





vitas cor eorꝫ vanū eſt. Sepulchꝛū patēs eſt gutt̄
eorꝫ linguis ſuis doloſe agebāt: iudica illos deus.
Decidāt a cogitatiōib⁹ ſuis ſecūdū multitudi-
nē impietatū eorū expelle eos: qm̄ irritauerunt te
dn̄e. Et letētur oēs qui ſperāt in te: ineternum
exultabunt et habitabis in eis. Et gloriabūtur
in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam
tu benedices iuſto. Domine vt ſcuto bone volū-
tatis tue coronaſti nos. Gloria patri et filio.
Aṅ. O admirabile commerciū creator generis hu-
mani animatū corpus ſumens de virgine naſci di
gnatus eſt et procedens homo ſine ſemine largit⁹
eſt nobis ſuam deitatem. Capitulum.
Hec eſt virgo ſancta atq̄ glorioſa quia dn̄s
oīm dilexit eā. Deo grās. ℞. Aue maria
gratia plena dn̄s tecū. Aue maria. ℣. Benedicta
tu in mulieribus et benedictus fructus vētris tui
Dn̄s tecū. Gloria patri. Aue maria gratia plena
dn̄s tecū. ℣. Poſt partū vgo inuiolata permāſiſti
℞. Dei genitrix intercede pro nobis. Dn̄e exau-
di orationē meā. Et clamor me⁹ ad te veniat. Orō
Famulorū tuorū q̄s dn̄e delictis ignoſce:
vt qui tibi placere de actib⁹ noſtris nō va
lemus genitricis filii tui dn̄i noſtri ieſu xp̄i inter-
ceſſione ſaluemur. Per. Ad primam de cruce.
Deus in adiutorium meum intende. Do-
mine ad adiuuandum me feſtina. Gloria
patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in
principio et nunc et ſemper. Hymnus.





ꝯſecut⁹ ē dra co mulierē q̄ peꝑit maſcu.



miſit ſerpēs ex ore ſuo p⁹ mulierē. ꝛc.







vidi ſedētē ſuper nubē hñtē falcē acutā. apo. xiiii.



ſi q̄s adorauerit beſtiā et ymaginē.



Hora prima ductus eſt ieſus ad pylatum. Falſis teſtimoniis multū accuſatū In collo percutiunt manibus ligatū. Vultū dei cōſpuunt lumen celi gratū. aña. Adoramus te chriſte et benedicimus tibi quia per ſanctā crucē tuā redemiſti mundum. ℣. Qui pro nobis paſſus es. Domine miſerere nobis. ¶ Oremus.


Domine ieſu chriſte fili dei viui pone paſſionē crucē ⁊ mortē tuā inter iudiciū tuū et aīam meā nunc et in hora mortis mee: et largiri digneris viuis miam et gratiā defūctis requiē et veniam: eccleſie tue pacē et verā concordiā: et nobis peccatoribus vitā et leticiā ſempiternā. Qui.

¶ Ad primā de ſancto ſpiritu. Deus in adiutorium meū intende. Dñe ad adiu. ¶ Hymnus.

De virgine maria chriſtus fuit natus. Crucifixus mortuus atqȝ tumulatus. Reſurgens diſcipulis fuit demonſtratus. Et ipſis cernētibus celis eleuatus. aña. Veni ſancte ſpiritus reple tuorū corda fideliū et tui amoris in eis ignem accende. ℣. Emitte ſpiritū. Et renouabis. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus da nobis illam ſancti ſpiritus gratiam quā diſcipulis tuis in die ſancto penthecoſtes tranſmiſiſti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia.

¶ Ad terciam.




GLORIA IN EXCELSIS



Deus in adiutoꝛium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in pꝛincipio et nunc et ſemper et in ſecula ſeculoꝛum. Amen. Hymnus.

Veni creatoꝛ ſpiritus mentes tuoꝛū viſita: imple ſupna gratia que tu creaſti pectoꝛa. Memento ſalutis auctoꝛ ꝙ noſtri quondā coꝛpoꝛis ex illibata virgine naſcendo foꝛmam ſumpſeris. Maria mater gratie mater miſericoꝛdie tu nos ab hoſte pꝛotege: et hoꝛa moꝛtis ſuſcipe. Gloꝛia tibi dñe qui natus es de virgine cum patre et ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen. aña. Quando natus es. Pſalmus.




Ecce agnus ſtabat ſupꝛa mōtē ſiō ꝛc.

Ad dominū cū tribularer clamaui: et exaudiuit me. Domine libera animam meam a labiis iniquis: et a lingua doloſa. Quid detur tibi aut quid apponatur tibi ad linguā doloſam. Sagitte potentis acute: cū carbonibus deſolatoꝛiis. Heu michi quia incolatus meus pꝛolongatus eſt habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderūt pacē erā pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis. Gloꝛia patri. Pſalmus.

Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium michi. Auxilium meum a dño: qui fecit celum et terram. Non det in commotionē pedem tuum: neqꝫ doꝛmitet qui cuſtodit te. Ecce nō doꝛmitabit neqꝫ doꝛmiet: ꝗ cuſtodit



adoꝛauerūt dꝛaconē: da dedit ptātē.





iſrael. Dominus cuſtodit te dominus protectio
tua: ſuper manum dexteram tuam. Per diem
ſol non vret te: neqȝ luna per noctem. Dominus
cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuã
dominus. Dominus cuſtodiat introitum tuum
et exitum tuum: ex hoc nunc et vſqȝ in ſeculum.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut
erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſe-
culorum. Amen. ¶ Pſalmus.

Letatus ſum in his que dicta ſunt michi:
in domum domini ibimꝰ. Stãtes erãt
pedes noſtri in atriis tuis hieruſalem. Hieruſa
lem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio
eius in idipſum. Illuc enim aſcenderunt tribus
tribus dñi: teſtimonium iſrael ad confitendum no
mini domini. Quia illic ſederunt ſedes in iudicio
ſedes ſuper domum dauid. Rogate que ad pacem
ſunt hieruſalẽ: et abundãtia diligẽtibus te. Fiat
pax in virtute tua: et abundantia in turribꝰ tuis.
Propter fratres meos et proximos meos: loque
bar pacem de te. Propter domum dñi dei noſtri:
queſiui bona tibi. Gloria patri et filio. Sicut
erat. Antiphona. Quando natus es ineffabiliter
ex virgine tunc implete ſunt ſcripture ſicut plu-
uia in vellus deſcendiſti vt ſaluum faceres ge-
nus humanum te laudamus deus noſter.

¶ Capitulum.

Paradiſi porta per euã cũctis clauſa eſt et
per mariam virginẽ iterum patefacta eſt





Adorauert deũ ſedẽtez ſup thronũ.



In cõſpectu agni amicti ſtolis albis.







Deo gratias. ℞. Poſt partū virgo inuiolata per-
māſiſti. Poſt partū virgo. ℣. Dei genitrix inter-
cede pro nobis. Inuiolata permāſiſti. Gloria pa-
tri. Poſt partum. ℣⁹. Sancta dei genitrix virgo
ſemper maria. ℞. Intercede pro nobis ad domi-
num deum noſtrum. Dn̄e exaudi orationē meam
Et clamor meus ad te veniat. ¶ Oremus.

Famulorum tuorū queſumus dn̄e delictis ignoſce: vt qui tibi placere de actibus noſtris non valemus genitricis filii tui dn̄i noſtri ieſu chriſti interceſſione ſaluemur. Per chriſtum.

¶ Ad tertiam de cruce.

Deus in adiutorium meū intende. Dn̄e ad adiuuandū me feſtina. Gloria patri ꝛ filio et ſpirituiſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorū. Amē. Hymnus.



Crucifige clamitāt hora tertiarū. Illuſus induitur veſte purpurarū. Caput eius pūgitur corona ſpinarū. Crucem portat humeris ad locum penarū. an̄. Adoramus te xp̄e et benedicimus tibi: qꝛ per ſanctā crucē tuā redemiſti mundum. ℣ſus. Qui pro nobis paſſus es. ℞. Domine miſerere nobis. ¶ Oremus.

Domine ieſu chriſte fili dei viui pone paſſionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam nunc et in hora mortis mee: et largiri digneris viuis miſericordiam



ſuſtulit vn⁹
angel⁹ fortis
lapidem. ꝛc.



Exercitusq̄
ſūt i celo ſeq
bāt eū. apo.





et gratiam defunctis requiem et veniam: eccleſie tue pacem et veram concordiā et nobis peccatoribus vitam et leticiam ſempiternam. Qui viuis.

Ad terciam de ſancto ſpiritu.

Deus in adiutoriū meū intēde. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri. Sicut erat. Hymnus.

Spum ſanctum ſpiritum deus delegauit. In die penthecoſtes ſuos confortauit. Et de linguis igneis ipſos inflammauit. Relinquere orphanos eos denegauit. aña. Veni ſancte ſpiritus reple tuorū corda fideliū et tui amoris in eis ignem accende. ℣. Emitte ſpiritū tuū et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus da nobis illā ſancti ſpiritus gratiā quā diſcipulis tuis in die ſancto penthecoſtes tranſmiſiſti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorū Amen.

Ad ſextam.





vidi mulierē ſedētē ſup beſtiā coccinā.



veni oñdā ti bi dñationē meretricis.







Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria patri et filio et ſpiritui ſan-



cto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et
in ſecula ſeculorum. Amen. Hymnus.
Veni creator ſpiritus mentes tuorū viſita
imple ſupna gratia que tu creaſti pectora
Memento ſalutis auctor ꝙ noſtri quondam cor
poris ex illibata virgine naſcendo formam ſum-
pſeris. Maria mater gratie mater miſericordie:
tu nos ab hoſte protege et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi dn̄e qui natus es de virgine cum
patre et ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amē.
Antiphona. Rubum. Pſalmus.




Oſ̄dit mihi ciuitatē ſcā3 hirl'm deſcē.

Ad te levavi oculos meos: qui habitas in
celis. Ecce ſicut oculi ſeruorū i manib⁹
dominorū ſuorū. Sicut oculi ancille in manib⁹
domine ſue: ita oculi noſtri ad dominum deū no-
ſtrū donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri do-
mine miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus
deſpectione. Quia multum repleta eſt anima
noſtra: opprobriū abundantib⁹ et deſpectio ſuper
bis. Gloria patri. Pſalmus.



apphēdit dra conē ſerpentē antiquū. apo.

Niſi quia dominus erat in nobis dicat nunc
iſrael: niſi quia dn̄s erat in nobis. Cum
exurgerent homines in nos forte vivos deglutiſ-
ſēt nos. Cū iraſceretur furor eorū in nos: forſitā
aqua abſorbuiſſet nos. Torrentē pertrāſiuit aīa
noſtra forſitan pertranſiſſet anima noſtra: aquā
intollerabilem. Benedictus dominus qui non
dedit nos: in captione dentibus eorum. Anima
noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantiū.





Laqueus contritus eſt et nos liberati ſumus.
Adiutorium noſtrum in nomine domini: qui fe
cit celum et terram. Gloria patri. ¶ Ps.
Qui cōfidūt in domino ſicut mōs ſyon: non
commouebitur ineternum qui habitat in
hieruſalē. Mōtes in circuitu eius ⁊ dn̄s in circui
tu populi ſui: ex hoc nūc et vſq; in ſeculū. Quia
non relinquet dn̄s virgam peccatorū ſuper ſortem
iuſtorum vt nō extendāt iuſti ad iniquitatē ma-
nus ſuas. Benefac dn̄e bonis ⁊ rectis corde. De
clinantes autem in obligationes adducet domi-
nus cū operantibus iniquitatē: pax ſuper iſrael.
Gloria. ā. Rubū quē viderat moyſes incombu-
ſtum conſeruatam agnouimus: tuā laudabilem
vginitatē dei genitrix ītercede pro nobis. Cap̄m.
Gaude maria virgo cunctas hereſes ſola in
teremiſti ī vniuerſo mundo. Deo grās. ℟.
Sancta dei genitrix vgo ſemper maria. Sancta
℣. Intercede pro nobis ad dn̄m deū noſtrū. Virgo
ſemp maria. Gloria patri. Sctā dei genitrix. ℣.
Ora pro nobis ſancta dei genitrix. ℟. Vt digni
efficiamur promiſſionibus chriſti. Oratio.
Famulorū tuorū q̄s dn̄e delictis ignoſce: vt
qui tibi placere de actibus noſtris non va-
lemus genitricis filii tui dn̄i noſtri ieſu chriſti in
terceſſione ſaluemur. Per. ¶ Ad ſextā de cruce.
Deus in adiutorium meū intende. Dn̄e ad
adiuuādū me feſtina. Gloria patri ⁊ filio
et ſpiritui ſancto. Sicut erat. ¶ Hymnus.





Hora ſexta ieſus eſt cruci con
clauatꝰ. Et eſt cũ latronibꝰ
pendens deputatus. Pre tormentis
ſitiens felle ſaturatus. Agnus cri-
men diluit ſic ludificatus. aña. Ado
ramus te chriſte et benedicimus tibi
quia per ſanctam crucem tuam rede
miſti mundum. ℣. Qui pro nobis paſſus es. ℟.
Domine miſerere nobis. Oremus.

Domine ieſu chriſte fili dei viui pone paſ-
ſionem crucē et mortem tuam inter iudi-
cium tuum et animā meā nunc et in hora mortis
mee: et largiri digneris viuis miſericordiam et gra
tiam: defunctis requiem et veniam: eccleſie tue pa
cē et verā concordiam et nobis peccatoribus vitā
et leticiam ſempiternam. Qui viuis.

Ad ſextam de ſancto ſpiritu.

Deus in adiutoriū meū itende. Dñe ad ad-
iuuandū. Gloria patri et filio. Sicut
erat in principio. Hymnus.

Septiformē gratiā tūc acceptauerūt Qua
re ydiomata cūcta cognouerūt. Ad diuerſa
climata mundi receſſerunt Et fidem catholicam
tunc predicauerunt. ã. Veni ſctē ſpūs. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus da nobis il
lam ſancti ſpiritus gratiam quam diſci-
pulis tuis in die ſancto penthecoſtes tranſmiſiſti
Qui viuis et regnas deus. Per omnia.

Ad nonam





Deus in adiutorium meũ intende. Domine ad adiuuandũ me feſtina. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorum. Amen. ¶ Hymnus.

Veni creator ſpiritus mentes tuorũ viſita: Imple ſupna gratia que tu creaſti pectora. Memento ſalutis auctor ꝙ noſtri quondam corporis ex illibata virgine naſcendo formam ſumpſeris. Maria mater gratie mater miſericordie: tu nos ab hoſte protege ⁊ hora mortis ſuſcipe. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et ſancto ſpiritu in ſempiterna ſecula. Amen. aña. Germinauit. ¶ Pſalmus.




In conuertendo dñs captiuitatem ſyon: facti ſumus ſicut conſolati. Tunc repletũ eſt gaudio os noſtrum: et lingua noſtra exultatione. Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis. Magnificauit dñs facere nobiſcum: facti ſumus letantes. Conuerte domine captiuitatem noſtram: ſicut torrens in auſtro. Qui ſeminãt in lachrymis: in exultatiõe metent. Euntes ibant et flebant: mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos. Gloria patri et filio. Sicut erat. ¶ Pſalmus.


Niſi dominus edificauerit domum: in vanum laborauerunt qui edificant eã. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat



qui cuſtodit eam. Vanū eſt vobis ante lucē ſur-
gere: ſurgite poſtq̄ ſederitis qui manducatis panē
doloris. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum: ec-
ce hereditas domini filii merces fructus ventris
Sicut ſagitte in manu potentis: ita filii excuſ-
ſorum. Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuū:
ex ipſis non confundetur cum loquetur inimicis
ſuis in porta. Gloria patri et filio: et. Sicut
erat in principio. ¶ Pſalmus.
Beati omnes qui timent dominū: qui am-
bulant in viis eius. Labores manuū tua-
rū quia manducabis: beatus es et bene tibi erit.
Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus
domus tue. Filii tui ſicut nouelle oliuarū: in cir
cuitu menſe tue. Ecce ſic benedicetur homo: qui
timet dominū. Benedicat tibi dominus ex ſyō:
et videas bona hieruſalē omnibus diebus vite tue
Et videas filios filiorū tuorū: pacē ſuper iſrael
Gloria patri. an̄a. Germinauit radix ieſſe orta
eſt ſtella ex iacob virgo peperit ſaluatorem: te lau
damus deus noſter. ¶ Capitulum.
Per te dei genitrix virgo nobis eſt vita per-
dita data que de celo ſuſcepiſti prolem ⁊ mū
do genuiſti ſaluatorem. Deo gratias ℟. Ora pro
nobis ſancta dei genitrix. Ora pro. Vſus. Vt di-
gni effeciamur promiſſionibus chriſti. Sancta dei
genitrix. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto.
Ora pro. V℣. Dignare me laudare te virgo ſacra
ta. ℟. Da michi virtutē cōtra hoſtes tuos. Orō.









Famulorū tuorū q̄s dn̄e delictis ignoſce: ut qui tibi placere de actibus noſtris nō valemus genitricis filii tui dn̄i noſtri ieſu xp̄i itercesſione ſaluemur. Per. ¶ Ad nonam de cruce.

Deus in adiutoriū meū intende. Dn̄e ad adiuuandū me feſtina. Gloria patri et filio. Sicut erat. ¶ Hymnus.



Hora nona dominus ieſus expirauit. Hely clamans aīam patri commendauit. Latus eius lācea miles perforauit. Terra tunc contremuit et ſol obſcurauit. an̄a. Adoramus te chriſte et benedicim⁹ tibi: quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum. ℣. Qui pro nobis paſſus es. ℟. Domine miſerere nobis. ¶ Oremus.

Domine ieſu chriſte fili dei viui pone paſſionē crucē et mortē tuā inter iudiciū tuum et aīam meā nunc et in hora mortis mee: et largiri digneris viuis miām et gratiā defunctis requiē ꝗ veniā eccleſie tue pacē et verā concordiā: et nobis peccatoribus vitā et leticiā ſempiternā. Qui vi.

¶ Ad nonam de ſancto ſpiritu.

Deus in adiutoriū meū intende. Dn̄e ad adiuuandū me feſtina. Gloria patri et filio. Sicut erat. ¶ Hymnus.

Spiritus paraclitus fuit appellatus. Donum dei charitas fons viuificatus. Spiritalis unctio ignis inflammatus. Septiformis



gratia cariſma Vocatus. Antiphona. Veni ſancte ſpiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Verſus. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre.

¶ Oremus.

Omnipotens ſempiterne deus da nobis illam ſancti ſpiritus gratiam quam diſcipulis tuis in die ſancto penthecoſtes tranſmiſiſti Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad veſperas.



Deus in adiutorium meum intende. Do-
mine ad adiuuandum me feſtina. Glo-
ria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Si-
cut erat in principio et nunc et ſemper: ꝛ in ſecula.
Antiphona. Beata mater. ¶ Pſalmus.



Dixit dominus domino meo: ſede a dextris
meis. Donec ponã inimicos tuos: ſcabel
lũ pedũ tuorũ. Uirgã virtutis tue emittet dñs
ex ſyon: dominare in medio inimicorũ tuorum. Te
cũ principiũ in die virtutis tue in ſplendoribꝰ ſctõ
rũ ex utero ante luciferũ genui te. Iurauit do-
minus et nõ penitebit eũ: tu es ſacerdos ineternũ
ſecundũ ordinẽ melchiſedech. Dñs a dextris
tuis: cõfregit in die ire ſue reges. Iudicabit ĩ na
tionibus implebit ruinas conquaſſabit capita in
terra multorum. De torrente in via bibit: pro-
pterea exaltauit caput. Gloria. ¶ Pſalmus.

Laudate pueri dominũ: laudate nomen do-
mini. Sit nomen dñi benedictum: ex hoc
nunc et uſqȝ in ſeculũ. A ſolis ortu uſqȝ ad occa
ſum: laudabile nomẽ dñi. Excelſus ſuper omẽs
gentes dñs: et ſuper celos gloria eius. Quis ſi-
cut dñs deus noſter q̃ in altis habitat: et humilia
reſpicit in celo et in terra. Suſcitans a terra ino-
pem: et de ſtercore erigens pauperem. Ut collo-
cet eum cum principibus: cum principibus popu-
li ſui. Qui habitare facit ſterilem in domo ma-
trem filiorum letantem. Gloria patri et filio.
Sicut erat. ¶ Pſalmus.





Letatus ſum in his que dicta ſunt michi:
in domū domini ibimus. Stantes erāt
pedes noſtri in atriis tuis hieruſalem. Hieruſa
lem que edificatur vt ciuitas cuiꝰ participatio eiꝰ
in idipſum. Illuc enim aſcenderūt tribus tribꝰ
dn̄i: teſtimoniū iſrael ad cōfitendum nomini dn̄i.
Quia illic ſederūt ſedes in iudicio: ſedes ſup̄ do-
mum dauid. Rogate que ad pacē ſūt hieruſalē ⁊
abundantia diligentibꝰ te. Fiat pax in virtute
tua: ⁊ abundantia in turribus tuis. Propter fra
tres meos et proximos meos: loquebar pacē de te
Propter domum domini dei noſtri: queſiui bo
na tibi. Gloria patri. ¶ Pſalmus
Niſi dominus edificauerit domū: inuanū
laborauerunt qui edificant eā. Niſi dn̄s
cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat qui cuſtodit
eam. Uanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſur-
gite poſtq̄ ſederitis qui manducatis panem dolo-
ris. Cum dederit dilectis ſuis ſōnū: ecce heredi-
tas dn̄i filii merces fructꝰ vētris. Sicut ſagitte i
manu potētis: ita filii excuſſorum. Btūs vir q̄
impleuit deſideriū ſuū ex ipſis: non confundetur
cum loquetur inimicis ſuis in porta. Gloria pa
tri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in princi
pio et nunc et ſemper. ¶ Pſalmus.
Lauda hieruſalē dn̄m: lauda deū tuū ſyon.
Qm̄ cōfortauit ſeras portarū tuarū: bn̄dixit
filiis tuis i te. Qui poſuit fines tuos pacē: ⁊ adi-
pe frumēti ſatiat te. Qui emittit eloquiū ſuū ter



re: velociter currit ſermo eiꝰ. Qui dat niuē ſicut
lanā: nebulā ſicut cinerē ſpargit. Mittit criſtal-
lū ſuā ſicut buccellas: añ faciē frigoris eiꝰ qs ſu-
ſtinebit. Emittet verbū ſuū ꝗ liquefaciet ea: fla-
bit ſpiritus eiꝰ et fluent aque. Qui annūciat ver-
bum ſuum iacob: iuſticias et iudicia ſua iſrael.
Non fecit taliter omni nationi: ꝗ iudicia ſua nō
manifeſtauit eis. Gloria patri. aña. Beata ma-
ter et innupta virgo glorioſa regina mundi inter-
cede pro nobis ad dominum. ¶ Capitulum.
Beata es virgo maria que dominū porta-
ſti creatorē mundi genuiſti qui te fecit et
in eternum permanes virgo. Deo gratias. ℟.
Chriſti virgo dilectiſſima virtutum operatrix opē
fer miſeris. Subueni domina clamantibꝰ ad te
iugiter. Verſus. Quoniam peccatorum mole pre-
mimur et non eſt qui adiuuet. Subueni. Gloria
patri. Subueni domina. ¶ Hymnus.
Aue maris ſtella dei mater alma: atq; ſem-
per virgo felix celi porta. Sumens illud
aue gabrielis ore: funda nos in pace mutans no-
men eue. Solue vincla reis profer lumē cecis ma-
la noſtra pelle bona cūcta poſce. Monſtra te eſſe
matrem ſumat per te preces: qui pro nobis natus
tulit eſſe tuus. Virgo ſingularis inter omnes mi-
tis nos culpis ſolutos: mites fac et caſtos. Vi-
tam preſta puram iter para tutum: vt vidētes ie-
ſum ſemper colletemur. Sit laus deo patri ſūmo
chriſto decus: ſpiritui ſancto trinus honor vnus.







Amē. ℣. Poſt partū ꝟgo inuiolata permāſiſti. ℟. Dei genitrix ītercede pro nobis. aña. Sctā maria.

Canticum beate marie.


Magnificat: anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatē ancille ſue: ecce enim ex hoc beatā me dicent oēs generationes. Quia fecit michi magna qui potens eſt: et ſanctum nomen eius. Et miſericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis: et diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordie ſue. Sicut locutus eſt ad patres noſtros: abrahā ⁊ ſemini eius in ſecula. Gloria. aña. Sancta maria ſuccure miſeris iuua puſillanimes: refoue flebiles: ora pro populo interueni pro clero: intercede pro deuoto femineo ſexu. Domine exaudi orationē meam. Et clamor meus ad te ueniat. Oremus.



Concede nos famulos tuos q̄s dñe de⁹ ꝑpetua mētis ⁊ corporis ſanitate gaudere ⁊ glorioſa btē marie ſemꝑ virginis interceſſione a preſenti liberari triſticia ⁊ eterna ꝑfrui leticia. Per.

Ad veſperas de cruce.

Deus in adiutoriū meū intende. Dñe ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri et fi. Sicut erat. Hymnus.





De cruce deponitur hora veſpertina. Fortitudo latuit in mẽte deuina. Talẽ mortẽ ſubiit vite medicina. Heu corona glorie iacuit ſupina. an. Adoramus te xp̃e et benedicimus tibi: q᷑ per ſanctã crucẽ tuã redemiſti mundũ. V℣. Qui pro nobis paſſus es. ℟. Dñe miſerere nobis. Oremꝰ

Domine ieſu chriſte fili dei viui pone paſſionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam nunc et in hora mortis mee: et largiri digneris viuis miſericordiã et gratiam defunctis requiem et veniam: eccleſie tue pacem et verã concordiã: et nobis peccatoribꝰ vitam et leticiam ſempiternam. Qui viuis.

¶ Ad veſperas de ſancto ſpiritu. Deus in adiutoriũ meũ intende. Dñe ad. Hymnꝰ.

Dextre dei digitus virtus ſpiritalis. Nos defendat eruat ab omnibus malis. Ut nobis non noceat demon infernalis. Sed protegat foueat nutriat ſub alis. an. Veni ſancte ſpiritus reple tuorũ corda fideliũ et tui amoris in eis ignẽ accende. V℣. Emitte ſpiritũ. Et renouabis. Oro.

Omnipotens ſempiterne deꝰ da nobis illã ſancti ſpũs gratiã quã diſcipulis tuis ĩ die ſancto penthecoſtes trãſmiſiſti. Qui viuis.

¶ Ad completorium.





Conuerte nos deus ſalutaris noſter. Et auerte irã tuã a nobis. Deus in adiutoriũ meũ intende. Dñe ad adiuuã dũ me feſtina. Gloria patri. Sicut erat in principio et nunc ⁊ ſemper et in ſecula ſeculorum. Amen. aña. Cum iocunditate. ¶ Pſalmus.

Vſqꝫquo domine obliuiſceris me in finem: vſqꝫquo auertis faciẽ tuã a me. Quãdiu ponã cõſilia in anima mea: dolorẽ in corde meo per diẽ. Vſqꝫquo exaltabit inimicus meꝰ ſup me reſpice ⁊ exaudi me dñe deꝰ meꝰ. Illumina oculos meos ne vnꝗ̄ obdormiã in morte nequãdo dicat inimicus meus preualui aduerſus eũ. Qui tribulãt me exultabũt ſi motus fuero: ego autẽ in miſericordia tua ſperaui. Exultabit cor meũ in ſalutari tuo cantabo dño qui bona tribuit michi: ⁊ pſallã nomini dñi altiſſimi. Gloria. ps.

Iudica me deus et diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo et doloſo erue me. Quia tu es deus fortitudo mea quare me repuliſti et quare triſtis incedo: dum affligit me inimicus. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipſa me deduxerunt et adduxerunt in montem ſanctum tuum et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei ad deũ qui letificat iuuentutẽ meã. Confitebor tibi in cythara: deus deus meus quare triſtis es aĩa mea: et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei et deꝰ meus. Gloria.



SEpe expugnauerũt me a iuuẽtute mea di
cat nũc iſrael. Sepe expugnauerũt me
a iuuentute mea: etenim non potuerunt michi.
Supra dorſum meum fabricauerũt peccatores:
prolõgauerunt iniquitatẽ ſuã. Dominꝰ iuſtus
concidet ceruices peccatorũ: confundantur et con-
uertantur retrorſum oẽs qui oderũt ſyon. Fiãt
ſicut fenum tectorum quod priuſq̃ euellatur exa-
ruit. De quo non impleuit manũ ſuã qui metet
et ſinum ſuũ qui manipulos colliget. Et nõ di-
xerunt qui preteribãt benedictio domini ſup vos
bñdiximus vobis in nomine dñi. Gloria. ps.
DOmine non eſt exaltatũ cor meum: neqȝ
elati ſunt oculi mei. Neqȝ ambulaui in
magnis: neqȝ in mirabilibus ſuper me. Si non
humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meã.
Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua: ita retri-
butio ĩ anima mea. Speret iſrael in dño: ex hoc
nunc et vſqȝ in ſeculum. Gloria patri et filio.
aña. Cum iocunditate memoriam beate marie ce
lebremus vt ipſa pro nobis intercedat ad dominũ
ieſum chriſtum. ¶ Hymnus.
UIrgo ſingularis ĩter oẽs mitis nos culpis
ſolutos mites fac et caſtos. Uitã preſta
purã iter para tutũ vt videntes ieſum ſemper col-
letemur. Sit laus deo patri ſummo chriſto decꝰ
ſpũi ſancto trinus honor vnus. Amen. Cpm.
SIcut cynamomum et balſamum aroma
tizans odorẽ dedi quaſi mirra electa dedi

ſuauitatem odoris. Deo gratias. Vſus. Ecce ancilla domini. ℟. Fiat michi ſecundum verbum tuum.

¶ Canticum ſimeonis.

NUnc dimittis ſeruum tuum domine: ſecundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei: ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciem omnium populorum. Lumen ad reuelationem gentium: et gloriam plebis tue iſrael. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorum. Amen. Antiphona. Sub tuum preſidiū confugimus ſancta dei genitrix noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus: ſed a periculis cunctis libera nos ſemper virgo benedicta.

¶ Oremus.

GRatiam tuam queſumus domine mentibus noſtris infunde: Ut qui angelo nunciante chriſti filii tui incarnationem cognouimus: per paſſionem eius et crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpirituſſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Ad completorium de cruce.

COnuerte nos deus ſalutaris noſter. Et auerte iram tuam a nobis. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et



in ſecula ſeculorum. Amen. ¶ Hymnus.

HOra completorii datur ſepulture. Corpus chriſti nobile ſpes vite future. Conditur aromate complentur ſcripture. Jugi ſit memoria mors hec michi cure.


HAs horas canonicas cum deuotione. Tibi chriſte recolo pia ratione. Ut qui pro me paſſus es amoris ardore. Sis michi ſolatium in mortis agone. Antiphona. Adoramus te chriſte et benedicimus tibi: quia per ſanctam crucem tuam redemiſti mundum. Verſus. Qui pro nobis paſſus es. ℟. Domine miſerere nobis. Oremus.

DOmine ieſu chriſte fili dei viui pone paſſionem crucem et mortem tuam inter iudicium tuum et animam meam nunc et in hora mortis mee: et largiri digneris viuis miſericordiã et gratiam defunctis requiem et veniam: eccleſie tue pacem et veram cõcordiam: et nobis peccatoribus vitam et leticiam ſempiternam. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculorũ. Amẽ.

¶ Ad completorium de ſancto ſpiritu.

COnuerte nos deus ſalutaris noſter. Et auerte iram tuam a nobis. Deus in adiutorium meũ intẽde. Domine ad adiuuãdũ me feſtina. Gloria patri et filio et ſpiritui ſancto Sicut erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſeculorum. Amen. ¶ Hymnus.

SPiritus paraclytus nos velit iuuare. Greſſus noſtros regere et illuminare. Ut



cum deus venerit omnes iudicare. Nos velit ad dexteram ſuam appellare.

Has horas canonicas cum deuotione. Tibi ſancte ſpiritus pia ratione. Dixi vt nos viſites inſpiratione. Vt viuamus iugiter celi regione. Antiphona. Veni ſancte ſpiritus reple tuoꝝ corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. Verſus. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur. ℟. Et renouabis faciem terre. ¶ Oremus.

Om̄ps ſempiterne deus da nobis illam ſanctiſpiritus gratiā quā diſcipulis tuis in die ſācto pēthecoſtes trāſmiſiſti. Qui viuis et regnas deus. Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sequuntur ſeptem pſalmi penitentiales. Antiphona. Ne reminiſcaris. Pſalmus.











Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ in ira tua corripias me. Miſere re mei domine quoniã infirmus ſum:



Suſāne par ces da moiſelles Se faict deſpouiller toute nue Secretemēt eſt auec elles Au iardin ou ſont fleurs nouuelles Cuidant de nul eſtre cōgnue



Deux viellars pour luy faire guerre la guetent par maulnais propos . Par ſes pucelles enuoie querre huilles ⁊ onguemens grāt erre En diſāt que lhuis ſoit bien clos.

ſana me dn̄e quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domine vſqȝquo. Conuertere domine et eripe animā meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuā. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratū meū rigabo. Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatē quoniam exaudiuit dominus vocē fletus mei. Exaudiuit dominus deprecationē meam: dominus orationē meam ſuſcepit. Erubeſcant et conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur et erubeſcant valde velociter. Gloria patri. ¶ Pſalmus.

Beati quorū remiſſe ſunt iniquitates: et quorū tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dn̄s peccatū: nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniā tacui inueterauerūt oſſa mea dū clamarē tota die. Quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua conuerſus ſum in erūna mea dū cōfigitur ſpina. Delictū meū cognitū tibi feci: et iniuſticiā meam non abſcondi. Dixi confitebor aduerſum me iniuſticiā meam dn̄o: et tu remiſiſti impietatē peccati mei. Pro hac orabit ad te oīs ſanctus: in tēpore oportuno. Veruntamen in diluuio aquarū multarū: ad eū non approximabunt. Tu es refugiū meū a tri-



bulatione que circundedit me exultatio mea: erue me a circundantibus me. Intellectũ tibi dabo ꝗ inſtruã te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus et mulus: quibus non eſt intellectus. In chamo ꝗ freno maxillas eorũ conſtringe qui non approximãt ad te. Multa flagella peccatoris: ſperantẽ autẽ in domino miſericordia circundabit. Letamini in domino et exultate iuſti: et gloriamini omnes recti corde. Gloria patri. Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me neqȝ in ira tua corripias me. Quoniam ſagitte tue infixe ſunt michi: et confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea a facie ire tue non eſt pax oſſibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meum: et ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Putruerunt et corrupte ſunt cicatrices mee: a facie inſipientie mee. Miſer factus ſum et curuatus ſum vſqȝ in finem: tota die contriſtatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: et non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum et humiliatus ſum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſiderium meum: ꝗ gemitus meus a te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt: dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum et ipſum non eſt mecum. Amici mei et proximi mei aduerſum



Les luxurieux viellars virẽt Suſanne au baing toute ſeullette de ſon deſhõneur la requirent. Pluſieurs folles parolles dirent. Mais el refuſa leur requeſte.



Suſãne doncques requeroiẽt doffenſer leſſence immortelle. Et que en ſon reffus ilz diroient. Que vng ieune hõme trouue auroiẽt Faiſãt peche auecques elle.






Joachim de ſuſã ne eſpoux Fut d ce rapport douloureux. Ses bras detourdoit par courroux Et ſe reputoit devãt to9 poure chetif et maleureux.



Les deulx viellars qui lacuſerent Furent crus: dont par iugement Suſanne a la mort cõdannerẽt. Aux ſatalittes la liurerent. Mais dieu pa deuotemẽt

me appropinquauerũt ⁊ ſteterunt. Et qui iuxta
me erant de longe ſteterunt: et vim faciebant qui
querebant animam meam. Et qui inquirebant
mala michi locuti ſunt vanitates: et dolos tota
die meditabantur. Ego autem tanq̃ ſurdus non
audiebam: et ſicut mutus non aperiens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo non audiens: et non
habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam in
te domine ſperaui: tu exaudies me domine deus
meus. Quia dixi nequando ſupergaudeant mi-
chi inimici mei: et dum commouentur pedes mei
ſup me magna locuti ſunt. Quoniam ego in fla
gella paratus ſum: et dolor meus in cõſpectu meo
ſemp. Quoniã iniquitatẽ meã annunciabo: et co
gitabo pro peccato meo. Inimici autẽ mei viuũt
et cõfirmati ſunt ſuper me: ⁊ multiplicati ſũt qui
oderũt me inique. Qui retribuũt mala pro bonis
detrahebant michi: quoniam ſequebar bonitatem
Ne derelinquas me dñe deus me9: ne diſceſſeris
a me. Intende in adiutoriũ meum: dñe deus ſa-
lutis mee. Gloria patri. Pſalmus.
Miſerere mei deus: ſecũdum magnã miam
tuam. Et ſecũdũ multitudinẽ miſeratio
num tuarũ dele iniquitatẽ meã. Amplius laua
me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo mũda me
Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: et
peccatũ meũ contra me eſt ſemper. Tibi ſoli pec
caui et malũ corã te feci: vt iuſtificeris in ſermoni
bus tuis ⁊ vincas cũ iudicaris. Ecce enim in ini



quitatibus conceptus ſum: et in peccatis cõcepit
me mater mea. Ecce enim veritatem dilexiſti
incerta et occulta ſapientie tue manifeſtaſti mi-
chi. Aſperges me domine yſopo et mundaboꝛ la-
uabis me et ſuper niuẽ dealbaboꝛ. Auditui meo
dabis gaudium et leticiã: ⁊ exultabunt oſſa humi
liata. Auerte faciem tuam a peccatis meis: et
omnes iniquitates meas dele. Coꝛ mundũ crea
in me deus: et ſpiritũ rectũ ĩnoua in viſceribꝰ me-
is. Ne pꝛoiicias me a facie tua et ſpiritũ ſanctũ
tuum ne auferas a me. Redde michi leticiã ſa-
lutaris tui et ſpiritu pꝛincipali confirma me. Do
cebo iniquos vias tuas: et impii ad te conuerten-
tur. Libera me de ſanguinibus deus deus ſalu-
tis mee: ⁊ exultabit lingua mea iuſticiam tuam.
Domine labia mea aperies: ⁊ os meũ annuncia
bit laudẽ tuã. Quoniã ſi voluiſſes ſacrificiũ de-
diſſem: vtiqz holocauſtis non delectaberis. Sa-
crificiũ deo ſpiritus contribulatus coꝛ contritũ ⁊
humiliatũ deus non deſpicies. Benigne fac do-
mine in bona voluntate tua ſyon: vt edificentur
muri hieruſalẽ. Tunc acceptabis ſacrificiũ iu-
ſticie oblationes et holocauſta: tunc imponent ſu-
per altare tuũ vitulos. Gloꝛia. Pſalmus.

Domine exaudi oꝛationẽ meã: et clamoꝛ
meꝰ ad te veniat. Non auertas faciem
tuam a me: in quacunqz die tribuloꝛ inclina ad
me aurem tuam. In quacunqz die inuocauero
te: velociter exaudi me. Quia defecerũt ſicut fu






Non obſtãt ſa bõne
priere El fut treſru
dement menee.
Les vngs faiſoiẽt
piteuſe chiere Les
aultres diſoiẽt la
loudiere A eſte
treſbiẽ condannee.



Dieu qui ſes ſerui
teurs guerdonne.
Leſperit daniel ſu-
ſcita De le veoir le
peuple ſeſtonne.
Car il viſt q̃l eſtoit
treſbõne Adonc le
peuple leſcouta.







mus dies mei:et oſſa mea ſicut cremiū aruerunt.
Percuſſus ſum vt fenum et aruit cor meū:quia
oblitus ſum comedere panem meum. A voce ge
mitus mei:adheſit os meum carni mee. Simi-
lis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum
ſicut nicticorax in domicilio. Vigilaui ⁊ fact⁹
ſum ſicut paſſer:ſolitarius in tecto. Tota die ex-
probrabāt michi inimici mei:et qui laudabāt me
aduerſum me iurabant. Quia cinerem tanq̄ pa
nem manducabam:et potū meū cum fletu miſce-
bam. A facie ire indignationis tue:qr eleuans
alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerunt
et ego ſicut fenum arui. Tu autem domine ine-
ternum permanes: et memoriale tuū in genera-
tione et generationē. Tu exurgens dn̄e miſere-
beris ſyon:qr tēpus miſerēdi eius qr venit tēpus.
Quoniā placuerūt ſeruis tuis lapides ei⁹:⁊ ter
re eius miſerebuntur. Et timebūt gētes nomē
tuū dn̄e:et oēs reges terre gloriā tuā. Quia edifi
cauit dn̄s ſyon:et videbitur in gloria ſua. Reſpe
xit in orationē humiliū:⁊ nō ſpreuit precē eorū.
Scribantur hec in generatione altera: et popu-
lus qui creabitur laudabit dominū. Quia pro-
ſpexit de excelſo ſancto ſuo:dn̄s de celo in terram
aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum: vt
ſolueret filios interemptorū. Ut annuncient in
ſyon nomen domini:et laudē eius in hieruſalem.
In conueniendo populos in vnū:et reges vt ſer
uiant dn̄o. Reſpondit ei in via virtutis ſue: pau-



Daniel ieune enfāt fut mis En la chaire publiquement. Et fut dit ql ſeroit ſubmis Juge en ce cas comme cōmis pour diſtinguer le iugement.



Il trouua les acuſateurs deceptis et quilz auoient tort. Comme faulx teſmoings ⁊ mēteurs Les cōdampna, deuant pluſieurs. Suſanne preſerua de mort.






citatem dierũ meorũ nuncia michi. Ne reuoces
me in dimidio dierũ meorũ: in generatione et ge-
neratione anni tui. Initio tu domine terrã fun-
daſti et opera manuũ tuarũ ſicut celi. Ipſi peri-
bunt tu autẽ permanes: et omnes ſicut veſtimen-
tũ veteraſcent. Et ſicut opertoriũ mutabis eos
et mutabuntur: tu autem idem ipſe es et anni tui
non deficient. Filii ſeruorum tuorum habita-
bunt: et ſemen eorum in ſeculum dirigetur.
Gloria patri et filio: et ſpiritui ſancto. Sicut
erat in principio et nunc et ſemper: et in ſecula ſe-
culorum. Amen. ¶ Pſalmus.
De profundis clamaui ad te dñe: dñe ex-
audi vocem meam. Fiant aures tue in-
tendẽtes: in vocẽ deprecationis mee. Si iniqui-
tates obſeruaueris dñe: domine quis ſuſtinebit.
Quia apud te propiciatio eſt: et propter legẽ tuã
ſuſtinui te domine. Suſtinuit aĩa mea in verbo
eius: ſperauit anima mea in domino. A cuſtodia
matutina vſqꝫ ad noctem ſperet iſrael in domino.
Quia apud dñm miſericordia: ⁊ copioſa apud eũ
redemptio. Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus
iniquitatibus eius. Gloria patri et filio: et ſpiri
tui ſancto. Sicut erat. ¶ Pſalmus.
Domine exaudi orationem meam auribꝰ
percipe obſecrationem meam: in veritate
tua exaudi me in tua iuſticia. t non intres in
iudicium cũ ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in
cõſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt



Ainſi furẽt menez
ſoudai au lieu pour
ſouffrir grief tor-
mẽt Le peuple de
vouloir humain
Louoit dieu a pur
et a plain Seſiouiſ
ſãt du iugement.



Les deux vieltars
oultrecuidez Eurẽt
pugnition treſãple
Cõme felõs de ſẽs
vuidez Furent oc-
cis ⁊ lapidez Juges
notez biẽ ceſt exem-
ple.

inimicus animā meā: humiliauit in terra vitam meā. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi: et anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus in me turbatū eſt cor meū. Memor fui dierū antiquorū meditatus ſum in omnibus operibus tuis in factis manuū tuarū meditabar. Expādi manus meas ad te: aīa mea ſicut terra ſine aqua tibi Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus. Non auertas faciē tuā a me: et ſimilis ero deſcendentibus in lacū. Auditā fac michi mane miſericordiā tuā: quia in te ſperaui. Notā fac michi viam in qua ambulē: quia ad te leuaui animā meā. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi doce me facere voluntatē tuam: quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā propter nomen tuū domine: viuificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animā meā: et in miſericordia tua diſpdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animā meā: quoniā ego ſeruus tuus ſum. Gloria patri. Sicut erat in principio.

Antiphona. Ne reminiſcaris domine delicta noſtra vel parentū noſtrorū neqꝫ vindictā ſumas de peccatis noſtris. Parce domine parce populo tuo quem redemiſti precioſo ſanguine tuo ne ineternū iraſcaris nobis.

Letania.

Kyrieleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrieleyſon. Chriſte audi nos. Pater de celis de⁹: miſerere nobis. Fili redemptor mundi deus





Vng hōme deux enfans auoit Auquel le ieune demanda Le biē q̄ luy apartenoit Regir a par ſoy ſe vouloit. Et le pere luy acorda.



Quant il eut a ſon manyemēt Or ⁊ argēt a toutes mains Il veſquit ꝓdigalemēt Le ſiē deſpēdit follemēt Auec ribauldes ⁊ putais







miſerere nobis. Sancta trinitas unus deus: miſerere nobis. Sancta trinitas unus deus: miſerere nobis.

Sancta maria Ora pro nobis.
Sancta dei genitrix Ora pro nobis.
Sancta virgo virginum Ora pro nobis.
Sancte michael or̄.
Sancte gabriel or̄.
Sancte raphael or̄.
Omnes ſancti angeli et archangeli dei.
Orate pro nobis.
Oēs ſancti beatorū ſpirituum ordines. orate.
Sancte iohannes baptiſta. Ora pro nobis.
Omnes ſancti patriarche et prophete. orate.
Sancte petre or̄.
Sancte paule or̄.
Sancte andrea Ora pro nobis.
Sancte iacobe or̄.
Sancte philippe or̄.
Sancte bartholomee Ora pro nobis.
Sancte mathee or̄.
Sancte mathia or̄.
Sancte marce Ora pro nobis.
Sancte ſymon or̄.
Sancte thadee or̄.
Sancte luca Ora pro nobis.
Sancte barnaba or̄.
Omnes ſancti apoſtoli et euangeliſte. Orate.
Omnes ſancti diſcipuli domini. Orate pro no.
Omnes ſancti innocentes. Orate pro nobis.





Folles fēmes le deſ
pouillerēt Quāt il
eut deſpēdu le ſien
Tout deſcōforte le
leſſerent Puis le ga
berēt ⁊ mocquerēt
De puterie onc ne
vint bien.



Ainſi en regiō loig
taine Apres plaiſir
eut de grās maulx
Et fut cōtraint de
prēdre peine Loue
fut ceſt choſe cer=
taie Pour aller gar
der les porceaulx.





Sancte ſtephane. Ora pro nobis.
Sancte line. or.
Sancte clemens. or.
Sancte clete. or.
Sancte cornelı. Ora pro nobis.
Sancte cypriane. or.
Sancte ſebaſtiane. or.
Sancte ſixte. or.
Sancte laurenti. Ora pro nobis.
Sancte ypolite. or.
Sancte Vincenti. or.
Sancte georgi. or.
Sancte chriſtofore. Ora pro nobis.
Sancte Vitalis. or.
Sancte geruaſi. or.
Sancte prothaſi. or.
Sancte coſma. Ora pro nobis.
Sancte damiane. or.
Sancte ſaturnine. or.
Sancte honeſte. or.
Sancte firmine. Ora pro nobis.
Sancte quintine. or.
Sancte fuſciane. or.
Sancte Victorice. or.
Sancte gentiane. Ora pro nobis.
Sancte achy. or.
Sancte acheole. or.
Sancte criſpine. or.
Sancte criſpiniane. Ora pro nobis.



De ce q̃lz mẽgoiẽt il mẽgoit Car il na uoit aultre pitãce. En ayãt faĩ luy ſou uenoit des ſeruãs que ſon pere auoit Qui mengoient a leur ſouffiſance.



Il retourna deuers ſon pere diſãt iay peche iay forfait Aiſi ſõ pere par mi ſtere Le receut et ſans vitupere Luy pardonna tout ſon meffait.



Sancte iohannes Ora pro nobis.
Sancte paule or.
Sancte marcelline or.
Sancte petre Ora pro nobis.
Sancte dionyſi cum ſociis tuis. ora pro nobis
Sancte maurici cum ſociis tuis. ora pro nobis
Sancte luciane cum ſociis tuis. ora pro nobis.
Sancte lamberte or.
Sancte deſideri or.
Sancte thoma. Ora pro nobis.
Omnes ſancti martyres. orate pro nobis.
Sancte ſilueſter or.
Sancte leo or.
Sancte gregori or.
Sancte hyeronime. Ora pro nobis.
Sancte ambroſi or.
Sancte auguſtine or.
Sancte bernarde Ora pro nobis.
Sancte benedicte or.
Sancte hylari or.
Sancte martine Ora pro nobis.
Sancte nicolae or.
Sancte eligi or.
Sancte baſili Ora pro nobis.
Sancte marcialis or.
Sancte ſulpici or.
Sancte aniane Ora pro nobis.
Sancte firmine or.
Sancte honorate or.





Le pere ioyeux du remort de ſon filz fiſt tuer vng veau. Meneſtriers ſonner dacort En diſant q̃ ſon enfant mort Eſtoit reſuſcite de nouueau.



Le filz aiſne du labouraige Reuint q̃ la feſte eſcouta il en eut dueil en ſõ couraige Mais le pere par beau lãgaige. En la parfin le contenta.



Sancte ſalui Oꝛa pꝛo nobis.
Sancte berhunde oꝛ
Sancte dominice oꝛ
Sancte Vuraleſi Oꝛa pꝛo nobis.
Sancte ſapoꝛ oꝛ
Sancte remigi oꝛ
Sancte germane Oꝛa pꝛo nobis.
Sancte lupe oꝛ
Sancte caſſiane oꝛ
Sancte medarde Oꝛa pꝛo nobis.
Sancte bertine oꝛ
Sancte audoene oꝛ
Sancte richari Oꝛa pꝛo nobis.
Sancte Vualarice oꝛ
Sancte ludouice oꝛ
Sancte Vulfranne Oꝛa pꝛo nobis.
Sancte ſanſon oꝛ
Omnes ſancti confeſſoꝛes. Oꝛate pꝛo nobis.
Sancta maria magdalena oꝛ
Sancta felicitas oꝛ
Sancta perpetua Oꝛa pꝛo nobis.
Sancta petronilla oꝛ
Sancta agatha oꝛ
Sancta agnes Oꝛa pꝛo nobis.
Sancta cecilia oꝛ
Sancta lucia oꝛ
Sancta anaſtaſia Oꝛa pꝛo nobis.
Sancta tecla oꝛ
Sancta genoueſa oꝛ

i. ſignũ añ iudicium mare.



iſ. mare econ uerſo in abyſ.



iij. piſces ⁊ mõſtra mar᷑ cũ horrib ili clamore appebũt.





Sancta praxedis — or.
Sancta ſcolaſtica — or.
Sancta fides — Ora pro nobis.
Sancta ſpes — or.
Sancta charitas — or.
Sancta conſtantina — or.
Sancta margareta — Ora pro nobis.
Sancta maria egyptiaca — or.
Sancta barbara — or.
Sancta anna — Ora pro nobis.
Sancta vlphia — or.
Omnes ſancte virgines — orate.
Oēs ſancti et ſancte dei: intercedite pro nobis.
Propicius eſto. Parce nobis domine.
Ab omni malo. Libera nos domine. Ab inſidiis diaboli libera nos dn̄e. Ab ira tua. libera.
A perſecutione paganorū. libera nos domine.
A ſpiritu fornicationis. libera nos domine.
A vinculis dyaboli. libera nos dn̄e. A morte perpetua. libera. Per annunciationē tuam libe. Per incarnationē tuam. libera nos dn̄e. Per aduentum tuum. libera. Per natiuitatem tuā. libera nos dn̄e. Per circuncisionē tuam. libera. Per apparitionē tuam. libera. Per baptiſmū tuum. libera. Per ieiunium tuum. li. Per crucem tuam. libera nos dn̄e. Per paſſionē tuā. libe. Per reſurrectionem tuam. libera nos. Per aſcēſionem tuam. libera nos domine. Per aduentum ſpiritusſancti paracliti. libera nos domine.



iiij. mare et flumina ardebunt



v. arb. ꝛ her. ſanguinē ſtil.







vi. ciuitates ꝛ edificia cadēt



In die iudicii. libera nos domine. Peccatores.
Te rogamus audi nos. Ut pacem nobis dones te rogamus audi nos. Ut aeris temperiē nobis dones. te. Ut donū apoſtolicū in ſancta religiōe cōſeruare digneris. te. Ut paſtorē noſtrū cū grege ſibi cōmiſſo cōſeruare digneris. t. Ut regē noſtrū ꝑpetua proſperitate cōſeruare digneris. Te. Ut cunctū populū chriſtianū precioſo ſanguine tuo redemptū cōſeruare digneris. t. Ut locū iſtū incontaminatū et omnes habitātes in eo cōſeruare digneris. te. Ut fructus terre nobis dones. t. Ut animabus omniū fideliū defunctorū requiē eternā donare digneris. te. Ut nobis miſeris miſericors miſerere digneris. te. Ut nos exaudire digneris. te. Fili dei. te roga. Fili dei. te roga. Fili dei. te. Agnus dei qui tollis peccata mūdi: parce nobis domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi: exaudi nos domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi: miſerere nobis. Kyrieleyſon. Chriſte eleyſon. Kyrieleyſon. Pater noſter. Et ne nos inducas. Sed libera. Verſus. Ego dixi domine miſerere mei. Sana animam meam quia peccaui tibi. Saluos fac ſeruos tuos et ancillas tuas. Deus meus ſperantes in te. Saluos fac ſeruos tuos domine deus noſter. Et cōgrega nos de nationibus ut confiteamur nomini ſancto tuo et gloriemur in laude tua. Oremus pro cunctis fidelibus defunctis. Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis. Requieſcant

vii. lapides inter ſe pugna.



viii. homines abſcōdent ſe.



ix. oīs valis i plebitur. ꝛc.





in pace. Amen. Domine exaudi orationem meā. Et clamor meus ad te veniat. Dominus regit me et nichil michi deerit. In loco paſcue ibi me collocauit. Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. Requieſcant in pace. Amen. Domine exaudi orationem meam Et clamor meus ad te veniat. ¶ Oremus.



Abſolue q̄s dn̄e aīas famulorū tuorū ab oī vīculo delictoꝝ: vt ī reſurrectiōis gloria inter ſanctos et electos tuos reſuſcitati reſpirent.

Aſcendant ad te dn̄e preces noſtre et ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiā. Per.

Omnipotens ſempiterne deus qui abundantia pietatis tue et merita ſupplicum excedis et vota: effunde ſuper nos miſericordiam tuā vt dimittas que conſcientia metuit: et adiicias quod oratio non preſumit.

x. quaſi amētes de cauer. exi.



Ure igne ſanctiſpirit⁹ renes noſtros ⁊ cor noſtrum domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus et mundo corde placeamus.


Omnipotēs ſempiterne de⁹ q̄ ſitiēti populo fontē viuētis aque de petra produxiſti: educ de cordium noſtrorum duricia compūctionis lachrymas vt peccata noſtra plangere mereamur et remiſſionem te miſerante valeamus accipere.

xi. oſſa ſup ſepulcra appa.



Deus cui oē cor patet ⁊ oīs volūtas loq̄t et quē nullū latet ſecretū purifica ꝑ īfuſionē ſcti ſpūs cogitationes cordiū noſtrorū: vt perfecte te diligere et digne laudare mereamur. Per dn̄m.






xii. ſtelle ꝺ celo cadent.



xiii. oẽs cuiuſ cunqꝫ eta.



xiiii. oīa elementa arde.



xv. mortui ad iudiciū reſur.

Ineffabilem miſericordiam tuam queſumus domine nobis clementer oſtende: Ut ſimul nos et a peccatis omnibus exuas: et a penis quas pro his meremur eripias.

Omnipotens ſempiterne deus reſpice propicius ad preces noſtras: et libera cor noſtrum de malarum tentatione cogitationum: Ut ſancti ſpiritus dignū fieri habitaculū mereatur.

Deus refugium noſtrum et virtus adeſto piis eccleſie tue precibus auctor ipſe pietatis: et preſta: Ut quod fideliter petimus efficaciter conſequamur. Per dominum noſtrum.


Abſolue queſumus domine intercedente beato. N. confeſſore tuo atqꝫ pontifice delicta famuli tui atqꝫ peccatorum ſuorum nexibus que pro ſua fragilitate contraxit tua benignitate liberetur.

Omnipotens ſempiterne deus qui facis mirabilia magna ſolus pretende ſuper famulos tuos atqꝫ ſuper cunctas congregationes ac plebes illis commiſſas ſpiritum gratie ſalutaris et ut in veritate tibi complaceant perpetuum eis rorem tue benedictionis infunde.

Deus cui eſt regnum omnium ſeculorum pretende queſumus domine famulo tuo regi noſtro et omni exercitui ei⁹ arma celeſtia: Ut pax eccleſiarum nulla turbetur tempeſtate bellorū.

Omnipotens ſempiterne deus edificator et cuſtos ſupne ciuitatis hieruſalē: cuſtos





villam iſtam cum habitatoribus eius vt ſit in ea domicilium incolumitatis et pacis.



Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumqꝫ tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum vt indulgentiam quam ſemper optauerunt piis ſupplicationibus conſequantur.

Venite benedicti patris.




Omnipotens ſempiterne deus qui viuorū dominaris ſimul et mortuorum omnium qꝫ miſereris quos tuos fide et opere futuros eſſe prenoſcis te ſupplices exoramus: vt pro quibus preces effundere decreuimus quoſqꝫ vel preſens adhuc ſeculum in carne retinet vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit pietatis tue clementia delictorum ſuorum omnium veniam: et gaudia conſequi mereantur eterna.

Deus qui es ſanctorum tuorum ſplēdor mirabilis: atqꝫ lapſorum ſubleuator inenarrabilis: fac nos famulos tuos ſancte dei genitricis et virginis marie ac omnium ſanctorum tuorum vbiqꝫ tueri preſidiis necnon familiaritate atqꝫ cōſanguinitate ſeu affinitate nobis coniunctos: et omni populo chriſtiano cunctis inſidiis fallacis inimici depulſis concede ad celeſtem patriam redeūdi aditum ac defunctorū omnium ſacri baptiſmatis vnda renatorum animabus quiete perfrui ſempiterna. Per eundem dominum noſtrum.

Sequuntur vigilie mortuorum.

Ad veſperas. Antiphona. Placebo. Pſalmꝰ.





Ite maledicti in ignem eter.





Dilexi quoniam exaudiet dominus: Vo-
cem orationis mee. Quia inclinauit au
rē ſuā michi: et in diebus meis inuocabo.



Circundederunt me dolores mortis: et pericula
inferni inuenerunt me. Tribulationē et dolorē
inueni: et nomen dñi inuocaui. O dñe libera ani-
mam meā miſericors dñs et iuſtus: et deus noſter
miſeretur. Cuſtodiens paruulos dñs: humilia-
tus ſum et liberauit me. Conuertere anima mea
in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animā meā de morte: oculos me-
os a lachrymis pedes meos a lapſu. Placebo do
mino in regione viuorū. Requiem eternam do-
na eis domine: et lux perpetua luceat eis. Aña.
Placebo dño in regione viuorū. ān. Heu me. ps.
Ad dominum cum tribularer clamaui: et
exaudiuit me. Domine libera aīam meā
a labiis iniquis: et a lingua doloſa. Quid detur
tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam dolo-
ſam. Sagitte potentis acute: cum carbonibus de
ſolatoriis. Heu michi quia incolatus meus pro-
longatus eſt: habitaui cum habitantibus cedar:
multum incola fuit anima mea. Cum his qui ode
runt pacem erā pacificus: cum loquebar illis im-
pugnabant me gratis. Requiem eternam. aña.
Heu me quia incolatus meus prolongatus eſt.
Antiphona. Dominus cuſtodit. Pſalmus.
Leuaui oculos meos in montes: vnde ve-
niet auxilium michi. Auxilium meum
a dño: qui fecit celum et terram. Non det in com
motionē pedem tuum: neqꝫ dormitet qui cuſtodit
te. Ecce nō dormitabit neqꝫ dormiet: q̄ cuſtodit












iſrael. Dominus cuſtodit te dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam. Per diem ſol non vret te: neqȝ luna per noctem. Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuā dominus. Dominus cuſtodiat introitum tuum et exitum tuum: ex hoc nunc et vſqȝ in ſeculum.


Requiem eternam dona eis domine: et lux per. an. Domin9 cuſtodit te ab omni malo cuſtodiat animā tuā dominus. an. Si iniquitates. Pſalm9

De profundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi vocem meam. Fiant aures tue intendẽtes: in vocẽ deprecationis mee. Si iniquitates obſeruaueris dñe: domine quis ſuſtinebit.

Quia apud te propiciatio eſt: et propter legẽ tuā ſuſtinui te domine. Suſtinuit aīa mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino. A cuſtodia matutina vſqȝ ad noctem ſperet iſrael in domino. Quia apud dñm miſericordia: et copioſa apud eū redemptio. Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Requiem eternam dona eis dñe. aña. Si iniquitates obſeruaueris domine domine quis ſuſtinebit. an. Opera. Pſalmus.

Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam audiſti verba oris mei. In cõſpectu angelorū pſallā tibi: adorabo ad templum ſanctum tuum et confitebor nomini tuo. Super miſericordia tua et veritate tua: quoniā magnificaſti ſuper omne nomẽ ſanctū tuū. In quacūqȝ die inuocauero te exaudi me multiplicabis in ani-








ma mea virtutẽ. Confiteantur tibi domine om
nes reges terre: quia audierũt omnia verba oris
tui. Et cantẽt in viis domini: quoniã magna eſt
gloria dñi. Quoniã excelſus dñs et hũilia reſpi-
cit: et alta a longe cognoſcit. Si ambulauero in
medio tribulationis viuificabis me et ſuper iram
inimicorũ meorũ extendiſti manum tuam: et ſal-
uum me fecit dextera tua. Dñs retribuet pro me
dñe mia tua in ſeculũ: opera manuũ tuarũ ne de-
ſpicias. Requiẽ. ãn. Opera manuum tuarum
domine ne deſpicias. ãn. Abſolue. Pſalmus.
Magnificat: anima mea dominum. Et
exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari
meo. Quia reſpexit humilitatẽ ancille ſue: ecce
enim ex hoc beatã me dicent oẽs generationes.
Quia fecit michi magna qui potens eſt: et ſan-
ctum nomen eius. Et miſericordia eius a proge
nie in progenies: timentibus eum. Fecit poten-
tiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cor-
dis ſui. Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit
humiles. Eſurientes impleuit bonis: et diuites
dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerum ſuum:
recordatus miſericordie ſue. Sicut locutus eſt
ad patres noſtros: abrahã & ſemini eius in ſecula.
Requiem eternam dona eis domīe. Antiphona.
Abſolue domine animas eorum ab omni vinculo
delictorum vt in reſurrectionis gloria inter ſctõs
tuos reſuſcitati reſpirẽt. Pater noſter. Et ne nos
Sed libera nos a malo. Requiem eternam dona






eis domine: et lux perpetua luceat eis. In memo-
ria eterna erunt iuſti. Ab auditione mala non ti-
mebunt. A porta inferi. Erue domine animas eo
rum. Credo videre bona dñi. In terra viuentiũ.
Requieſcant in pace. Amen. Dñe exaudi oratio-
nẽ meã. Et clamor meus ad te veniat. Pſalmus.

Lauda anima mea dñm laudabo dominum
in vita mea: pſallam deo meo: q̃diu fuero
Nolite confidere in principibus: in filiis homi-
num in quibus non eſt ſalus. Exibit ſpiritus eiꝰ
et reuertetur in terram ſuã: in illa die peribunt
oẽs cogitationes eorum. Beatus cuius deus ia-
cob adiutor eius ſpes eius in dño deo ipſius qui fe
cit celum et terram: mare et omnia que in eis ſunt
Qui cuſtodit veritatem in ſeculũ facit iudicium
iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus.
Dñs ſoluit cõpeditos: dominus illuminat cecos
Dñs erigit eliſos: dñs diligit iuſtos. Dñs cu-
ſtodit aduenas pupillũ et viduã ſuſcipiet: et vias
peccatorũ diſperdet. Regnabit dominus in ſecu-
la deus tuus ſyon: in generatione ⁊ generationẽ.
Requiẽ. Dñe exaudi orationem meam. Et cla-
mor meus. Requieſcant in pace. Amen. Oratio.

Inclina domine aurem tuam ad preces no-
ſtras quibꝰ miſericordiã tuã ſupplices dep̃
camur vt animas famulorum famularumq; tua
rum quas de hoc ſeculo migrare iuſſiſti in pacis ac
lucis regione conſtituas et ſanctorum tuorum iu-
beas eſſe conſortes.









Queſumus domine pro tua pietate miſere
re anime famule tue et a contagiis mor-
talitatis exutã in eterne ſaluatiõis partẽ reſtitue
Deus in cuius miſeratione anime fidelium
requieſcunt famulis et famulabus omni-
bus hic et vbiqꝫ in chriſto requieſcentibus da pro-
picius veniam peccatorum: vt a cunctis reatibus
abſoluti: tecum ſine fine letentur.
Deus qui nos patrem et matrem honorare
precepiſti miſerere clemẽter aĩabus patrũ
⁊ matrũ noſtrorũ eorumqꝫ peccata dimitte: noſqꝫ
cum illis in eterne claritatis gaudio fac viuere.
Deus venie largitor ⁊ humane ſalutis ama
tor queſumus clementiam tuam vt noſtre
congregationis fratres: ſorores: propinquos ⁊ om
nes benefactores noſtros qui ex hoc ſeculo tran-
ſierunt beata maria ſemper virgine intercedente
cum omnibus ſanctis tuis ad perpetue beatitudi-
nis conſortium peruenire concedas.
Miſerere q̃s dñe animabus omniũ bñfacto-
rũ noſtrũ: et de beneficiis que nobis largiti
ſunt in terris premia eterna cõſequãtur in celis.
Fidelium deus omnium conditor et redem-
ptor animabus famulorũ famularũqꝫ tua
rum remiſſionem cunctorũ tribue peccatorũ: vt in
dulgentiã quã ſemper optauerunt piis ſupplicatio
nibus conſequantur. Qui viuis. Requieſcant in
pace. Amen. Ad matutinas inuitatorium. Regẽ
cui oĩa viuunt. Venite adoremus. Regẽ cui. Ps.







Venite exultemus domino iubilemus deo
ſalutari noſtro preoccupemus faciem eius
in confeſſione et in pſalmis iubilemus ei. Regem
cui. Quoniam deus magnus dominus et rex
magnus ſuper omnes deos quoniã non repellet
dominus plebẽ ſuam quia in manu eius ſunt om-
nes fines terre: et altitudines montiũ ipſe conſpi-
cit. Venite adoremus. Quoniã ipſius eſt mare
et ipſe fecit illud et aridam fundauerunt manus
eius: venite adoremus et procidamus ante deum
ploremus coram domino qui fecit nos quia ipſe eſt
dominus deus noſter: nos autem populus eius et
oues paſcue eius. Regẽ cui omnia viuunt venite
adoremus. Hodie ſi vocẽ eius audieritis nolite
obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione ſecũ
dũ diẽ tentationis in deſerto vbi tentauerunt me
patres veſtri probauerunt et viderunt opera mea
Venite adoremus. Quadraginta annis proxi-
mus fui generationi huic et dixi ſemper hi errant
corde: ipſi vero non cognouerunt vias meas qui-
bus iuraui in ira mea ſi introibunt in requiẽ meã.
Regem cui omnia viuunt venite adoremus. Re
quiẽ eternã dona eis dñe: et lux ꝑpetua luceat eis
Venite adoremus. Regem cui omnia viuunt veni
te adoremus. añа. Dirige. ¶ Pſalmus.
Verba mea auribus ꝑcipe dñe intellige cla
morẽ meum. Intẽde voci orationis mee
rex meus et deus meus. Quoniam ad te orabo
domine: mane exaudies vocem meam. Mane







aſtabo tibi et videbo: quoniam nō deus volēs ini-
quitatē tu es. Neqꝫ habitabit iuxta te malign⁹
neqꝫ permanebūt iniuſti ante oculos tuos. Odi
ſti oēs q̄ operātur iniquitatē: perdes oēs q̄ loquun
tur mendaciū. Virū ſanguinū et doloſū abomi-
nabitur dn̄s: ego autē in multitudine miſericor-
die tue. Introibo in domū tuā: adorabo ad tem-
plū ſanctū tuū in timore tuo. Domine deduc me
in iuſticia tua propter inimicos meos: dirige ī con
ſpectu tuo viā meā. Quoniā non eſt in ore eorū
vitas cor eoꝝ vanū eſt. Sepulchrū patēs eſt gutt̄
eoꝝ linguis ſuis doloſe agebāt: iudica illos deus.
Decidāt a cogitatiōib⁹ ſuis ſecūdū multitudi-
nē impietatū eorū expelle eos: qm̄ irritauerunt te
dn̄e. Et letētur oēs qui ſperāt in te: ineternum
exultabunt et habitabis in eis. Et gloriabūtur
in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam
tu benedices iuſto. Domine vt ſcuto bone volū-
tatis tue coronaſti nos. Requiem eternam dona
eis domine ⁊ lux perpetua luceat eis. Antiphona.
Dirige domine deus meus in conſpectu tuo viaꝫ
meam. aña. Conuertere. Pſalmus.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqꝫ
in ira tua corripias me. Miſerere mei
domine quoniam infirmus ſum: ſana me
domine: quoniam conturbata ſunt oſſa mea.
Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu domi-
ne vſqꝫquo. Conuertere domine et eripe animā
meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuā.



Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui:
in inferno autem quis confitebitur tibi. Labo-
raui in gemitu meo lauabo per ſingulas noctes le-
ctum meum: lachrymis meis ſtratũ meũ rigabo.
Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui
inter omnes inimicos meos. Diſcedite a me om
nes qui operamini iniquitatẽ quoniam exaudiuit
dominus vocẽ fletus mei. Exaudiuit dominus
deprecationẽ meam: dominus orationẽ meam ſu-
ſcepit. Erubeſcant et conturbentur vehementer
omnes inimici mei: conuertantur et erubeſcant
valde velociter. Requiem eternam. aña. Con-
uertere dñe et eripe aĩam meã quoniã nõ eſt ĩ mor-
te qui memor ſit tui. aña. Nequando. Pſalmus.
Domine deus meus ĩ te ſperaui ſaluum me
fac: ex omnibus perſequentibus me et libe-
ra me. Nequando rapiat vt leo animã meã dum
non eſt qui redimat neqz qui ſaluum faciat. Do
mine deus meus ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in ma
nibus meis. Si reddidi retribuentib⁹ michi ma
la: decidã merito ab inimicis meis inanis. Per
ſequatur inimicus aĩam meã et cõprehendat et cõ
culcet in terra vitã meã: et gloriã meã in puluerez
deducat. Exurge domine in ira tua: et exalta-
re in finibus inimicorum meorũ. Et exurge do-
mine deus meus in precepto quod mãdaſti: et ſy-
nagoga populorũ circũdabit te. Et propter hãc
in altũ regredere: dominus iudicat populos. Iu
dica me domine ſecundũ iuſticiã meã: ⁊ ſecundum





lamoureux




ladvocat




le menestrier





innocentiam meam ſuper me. Conſumetur neq;-
cia peccatorum et diriges iuſtum: ſcrutans corda
et renes deus. Iuſtum adiutorium meū a dño q̄
ſaluos facit rectos corde. Deus iudex iuſtus for
tis et patiens: nunquid iraſcitur per ſingulos dies
Niſi cōuerſi fueritis gladiū ſuū vibrauit: arcum
ſuum tetendit et parauit illum. Et in eo parauit
vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibus effecit.
Ecce parturit iiuſticiam cōcepit dolorem: et pepe
rit iniquitatē. Lacum aperuit et effodit eum: et
incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor
eius in caput eius: et in verticem ipſius iniquitas
eius deſcendet. Confitebor dño ſecundū iuſticiā
eius: et pſallam nomini dñi altiſſimi. Requiem.
Antiphona. Nequando rapiat vt leo animam me
am dum non eſt qui redimat neq; qui ſaluum fa-
ciat. Vſus. Conuertere domine et eripe animam
meam. ℟m. Quoniam non eſt in morte qui me-
mor ſit tui. Pater noſter. Et ne nos. Sed libera
nos a malo. Lectio prima.
Parce michi domine: nichil enim ſunt dies
mei. Quid eſt homo quia magnificas eum
aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eū
diluculo: et ſubito probas illum? Vſq; quo nō par-
cis michi: nec dimittis me vt glutiam ſaliuā meā
Peccaui. Quid faciam tibi o cuſtos hominum?
Quare poſuiſti me contrarium tibi et factus ſum
michimetipſi grauis? Cur non tollis peccatum
meum: et quare non aufers iniquitatem meam?



Ecce nūc in puluere dormio: et ſi mane me queſie-
ris non ſubſiſtam. ℟. Qui lazarum reſuſcitaſti a
monumento fetidum. Tu eis dn̄e dona requiem
et locum indulgentie. ℣ſus. Qui ſuſcitaſti puellā
adhuc domo clauſam et delatum iuuenem extra
portam. Tu eis. ¶ Lectio ſecunda.



TEdet animā meā vite mee: dimittam ad
uerſum me eloquiū meū. Loquar in ama
ritudine aīe mee: dicā deo. Noli me condemnare.
Indica michi cur me ita iudices? Nunquid bonū
tibi videtur ſi calumnieris et opprimas me opus
manuum tuarū et cōſilium impiorum adiuues?
Nūquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt ho-
mo et tu videbis? Nunquid ſicut dies hominis di-
es tui: et anni tui ſicut humana ſunt tempora. Vt
queras iniquitatem meam: et peccatum meū ſcru
teris. Et ſcias quia nichil impium fecerim: cū ſit
nemo qui de manu tua poſſit eruere. ℟. Credo ꝙ
redemptor meus viuit et in nouiſſimo die de terra
ſurrecturus ſum. Et in carne mea videbo deum
ſaluatorem meum. ℣. Quem viſurus ſum ego ip
ſe et non alius et oculi mei conſpecturi ſunt. Et in
carne. ¶ Lectio tertia.



MAnus tue dn̄e fecerunt me et plaſmaue-
runt me totū in circuitu: et ſic repente pre
cipitas me. Memento queſo ꝙ ſicut lutū feceris
me: et in puluerē reduces me. Nōne ſicut lac mul-
ſiſti me: et ſicut caſeū me coagulaſti? Pelle et car-
nibꝰ veſtiſti me oſſibus ⁊ neruis cōpegiſti me. Vi-







tam et miſericordiam tribuiſti michi : et viſitatio
tua cuſtodiuit ſpiritū meū. ℟. Ne perdideris me
domine cum iniquitatibus meis. Neqꝫ in finem
iratus reſerues mala michi. ℣. Miſerere mei deus
miſerere mei quoniam in te confidit anima mea.
Neqꝫ in finem. an. In loco paſcue. ¶ Pſalmus.
Dominus regit me et nichil michi deerit
in loco paſcue ibi me collocauit. Super
aquam refectionis educauit me: animam meam
conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſticie: pro
pter nomen ſuum. Nam et ſi ambulauero in me
dio vmbre mortis non timebo mala : quoniam tu
mecum es. Virga tua et baculus tuus: ipſa me
conſolata ſunt. Paraſti in cōſpectu meo mēſam
aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti in
oleo caput meum: et calix meus inebrians ꝙ pre-
clarus eſt. Et miſericordia tua ſubſequetur me:
omnibus diebus vite mee. Et vt inhabitem in
domo domini: in longitudinem dierum. Requiē
eternā dona eis dn̄e: ⁊ lux ꝑpetua luceat eis. an̄a.
In loco paſcue ibi me collocauit. ā. Delicta. ps.
AD te domine leuaui animā meam: deus
meus in te confido non erubeſcā. Neqꝫ
irrideant me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſu-
ſtinent te non confundentur. Confundantur om-
nes iniqua agētes : ſuperuacue. Vias tuas dn̄e
demōſtra michi: et ſemitas tuas edoce me. Diri-
ge me in veritate tua et doce me: quia tu es deus
ſaluator meus ⁊ te ſuſtinui tota die. Reminiſce













re miſerationum tuarū domine: et miſericordiarū tuarum que a ſeculo ſunt. Delicta iuuentutis mee: et ignorantias meas ne memineris. Secū dū miſericordiā tuā memento mei tu: propter bonitatē tuā domine. Dulcis et rectus dn̄s propter hoc legē dabit delinquētibꝰ in via. Diriget manſuetos in iudicio: docebit mites vias ſuas.


Uniuerſe vie dn̄i miſericordia et veritas requirentibus teſtamentum eius: et teſtimonia eius. Propter nomen tuum dn̄e propiciaberis peccato meo: multum eſt enim. Quis eſt homo qui timet dn̄m: legem ſtatuit ei in via quā elegit. Anima eius in bonis demorabitur: et ſemē eiꝰ hereditabit terrā. Firmamentū eſt dn̄s timentibus eum: et teſtamentū ipſius vt manifeſtetur illis. Oculi mei ſemper ad dominū: quoniā ipſe euellet de laqueo pedes meos. Reſpice in me ⁊ miſerere mei: quia vnicus et pauper ſum ego. Tribulationes cordis mei multiplicate ſunt: de neceſſitatibꝰ meis erue me. Uide humilitatem meam ⁊ laborem meum: et dimitte vniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos meos quoniā multiplicati ſunt: ⁊ odio iniquo oderunt me. Cuſtodi aīam meam et erue me: non erubeſcam quoniam ſperaui in te. Innocentes et recti adheſerūt michi: qꝛ ſuſtinui te. Libera deus iſrael: ex omnibus tribulationibꝰ ſuis. Requiem eternam. aña. Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas ne memineris domine. aña. Credo videre. Pſalmus.







Dominus illuminatio mea : et ſalus mea quem timebo. Dñs protector vite mee a quo trepidabo. Dum appropiant ſuper me noce-tes: vt edant carnes meas. Qui tribulāt me inimici mei: ipſi infirmati ſunt et ceciderūt. Si conſiſtāt aduerſum me caſtra: non timebit cor meum. Si exurgat aduerſum me preliū: in hoc ego ſperabo. Unam petii a dño hanc requiram vt inhabitē in domo dñi: oīb9 dieb9 vite mee. Ut videā volūtatē dñi: et viſitē tēplū eius. Quoniā abſcōdit me ī tabernaculo ſuo: ī die malo℞ protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. In petra exaltauit me et nunc exaltauit caput meū ſuper inimicos meos. Circuiui ⁊ īmolaui ī tabernaculo ei9 hoſtiā vociferatiōis: cātabo et pſalmuz dicā dño. Exaudi dñe vocē meā qua clamaui ad te: miſerere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquiſiuit te facies mea: faciē tuam domine requiram. Ne auertas faciem tuam a me: ne declines ī ira a ſeruo tuo. Adiutor me9 eſto dñe ne derelinquas me: neqz deſpicias me deus ſalutaris me9. Quoniā pater me9 et mater mea dereliqrunt me: dñs autem aſſumpſit me. Legē pone michi domine in via tua: et dirige me in ſemita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantiū me quoniam īſurrexerunt ī me teſtes iniq: et mentita eſt iniquitas ſibi. Credo videre bona dñi: in terra viuentium. Expecta dominum viriliter age et confortetur cor tuum: et ſuſtine dñm.



Requiē eternā. aña. Credo videre bona domini in terra viuentium. ℣. Delicta iuuentutis mee ℟. Et ignorantias meas ne memineris.

Lectio quarta.

Reſpōde michi. Quantas habeo iniquitates ⁊ pctā ſcelera mea atqȝ delicta oſtende michi. Cur faciem tuam abſcondis et arbitraris me inimicum tuū? Contra foliū quod vento rapitur oſtendis potentiā tuam et ſtipulā ſiccā perſeq̄ris. Scribis enim contra me amaritudines et conſumere me vis peccatis adoleſcentie mee. Poſuiſti in neruo pedem meum: et obſeruaſti omnes ſemitas meas: et veſtigia pedum meorum conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum: et quaſi veſtimentum quod comeditur a tinea. ℟. Domine quando veneris iudicare terram vbi me abſcondam a vultu ire tue. Quia peccaui nimis in vita mea. ℣. Commiſſa mea paueſco et ante te erubeſco: dum veneris iudicare noli me condemnare. Quia peccaui.


Lectio quinta.

Homo natus de muliere breui viuens tempore repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur ⁊ cōteritur ⁊ fugit velut vmbra: et nunq̄ in eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos ⁊ adducere eum tecum in iudicium. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es? Breues dies hominis ſunt: numerus menſium eius apud te eſt. Cōſtituiſti ter-











minos eius qui preteriri non poterunt. Reced ergo paululū ab eo vt quieſcat donec optata veniat ⁊ ſicut mercenarii dies ei⁹. ℟. Heu michi dñe quia peccaui nimis in vita mea: quid faciam miſer vbi fugiā niſi ad te deus meus miſerere mei. Dū veneris in nouiſſimo die. ℣. Aīa mea turbata eſt valde ſed tu dñe ſuccurre ei. Dū veneris. Lctō. vi.



Quis michi hoc tribuat vt ī īferno protegas me ⁊ abſcōdas me donec ptrāſeat furor tu⁹ et conſtituas michi tēpus in quo recorderis mei? Putas ne mortuus homo rurſum viuat? Cūctis diebus quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego reſpondebo tibi. Operi manuum tuarū porriges dexteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti: ſed parce peccatis meis. ℟. Ne recorderis peccata mea dñe. Dum veneris iudicare ſeculum per ignem. ℣ſus. Qui mōti dictur⁹ ſum in illa die cade ſuper me et abſconde me. Dum veneris iudicare ſeculum per ignem. Aīn. Redemiſti me. ¶ Pſalmus.

In te dñe ſperaui non cōfundar ineternū: in iuſticia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me. Eſto michi in deū protectorē et in domū refugii vt ſaluum me facias. Quoniā fortitudo mea et refugium meū es tu: et propter nomē tuū deduces me ⁊ enutries me. Educes me de laqueo quem abſconderunt michi quoniā tu es protector meus. In manus tuas commendo ſpiritū meū redemiſti me domi-






